DOMINICI ARUMAEI ... DE MORA COMMENTARIUS...

Dominicus Arumäus, Johannes Saporta

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 G
16 M

[...]eca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

30 30
c c
30 29
30. L. 30.
13-10.D.12
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICI ARUMÆI
FRISII J. U. D.
Profeſſoris publici

BIBLIOTECA NA[ZIONALE]
ROMA
VITTORIO EMANU[ELE]

DE MORA

COMMENTARIUS METHODICUS.

Nunc denuo ſublatis
mendis editus.

*Cui propter ſimilitudinem
argumenti acceſſit*

JOHANNIS SAPORTÆ DOCTORIS
THOLOSANI COMPENDIUM
MORÆ

Indices verborum & rerum memorabilium additi ſunt.

Ex leg.o ... Coccin

JENÆ
Sumptibus & Typis Chriſtophori
Lippoldi.
ANNO M. DC. IIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimis, Potentiſſimis & Celſiſſ.
Principibus, ac Dominis,

DN. CHRISTIANO II.
Duci & Electori Saxoniæ, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggravio Magdeburgenſi, &c.

&

DNO. JOHANNI ERNESTO
Juniori, Duci Saxoniæ, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Magnificentiſſimo Academiæ Jenenſis RECTORI, &c.

Dominis ſuis clementiſſimis.

BIBLIOTECA NA[ZIONALE] ROMA [V]ITTORIO EMANU[ELE]

ANnus agitur quintus, Potentiſſime Elector, Principes Celſiſſimi, Domini Clementiſſimi, cum publicè hunc tractatum in Salana veſtra ſtudioſæ juventuti proponerem, qui eo animo tunc quidē à non-

Digitized by Google

nullis exceptus fuit, ut non omino ingratum aliis futurum, ſi in ora hominum prodiret, exiſtimarent: disputabam quidem tunc, & meas per rationes id fieri non oportere contendebam, ſed rejectæ tam validè, ut non neceſſe arbitrer earum recenſione cujus quam affectum ſuſcitare, nam victus meo periculo ſed aliorum ſuaſu, publico multorum eum judicio commiſi, &, ut verum fatear, ab illo tempore nullam eius curam ſuſcepi, ſed liberè & pro libitu, quo vellet, vagari permiſi, mea nihil intereſſe ratus viveret an interiret; probe ſiquidem meo me defunctum credebam munere, ſi honeſtiſſimæ urgentium

tium de me opinioni non refractarium exhiberem. Venit & tunc primum ſubjectiſſimo animo in Auguſtiſſimũ tuum Sereniſſime Elector, & tuæ celſitudinis JOHANNES ERNESTE Celſiſſ. parentis aſpectum; & ſic quidem venit, ut præter ſpem meam, opinionẽ aliorum benigniſſimè exceptus, liberaliterque dimiſſus fuerit, quo nomine aliis placere potuiſſet, ſed animo meo penitius rẽ ruminans, quiq; trutinabam principum eſſe cordatiorum, neminem à facie ipſorum triſtem facile dimittere, ad gratiam principalem non ejus aliquàm præſtantiam totum id rettuli, ut & nũc animo ſubmiſſo

facio, nec unquam recurſum ei hunc permiſiſſem, ſi non hominum planè prudentum votis, cum aliquali tractatione animo ſi non paterno, ſaltem amico excipiendum eſſe, commonitus fuiſſem, feci aliquid, & veſtem ejus incuria neſcio quorum ſatis laceratam reformavi: quamvis nec etiamnum pro voluntate reſarcire eandem licuit, comptior tamen & à mendis ornatior prodit, & quidē denuo prono paratoque ad omnia obſequii genera animo ad Te Illuſtriſs. ELECTOR, & ad te Celſiſſimi in parentis vicē JOHANNES ERNESTE: Quod quidē fieri aliter nō debuit. Cum enim ſemel ad Celſitudinis Tuæ Illu-

Illuſtriſſ. ELECTOR, aram nominis inclyti animo devotiſſimo ſuſpenſus ſit, ſine piaculo ad alium transferri non potuit, ſimulque cum in tutelam Celſitudinis tuæ parẽtis Illuſtriſs. JOHANNES ERNESTE devenerit, morteque autem immatura is nobis ereptus, tuque ejusdem hæres paternarũq; ditionum & virtutum inclytus factus ſis, ad alium utiq; ſine enormi ingratitudinis vitio ire non debuit? vos ſaltem Celſiſſimi & benigniſſimi Domini eum pro innata Celſitudinibus veſtris clementia comiter per manus veſtras in ſtudioſorum uſum commendatiorem pervenire patiamini:

Digitized by Google

Nam quod ab ingenio domini ſperare nequibat.
Debebit veſtro forſitan is genio.

Deus ter Optimus ter Maximus veſtris conatib. tuo ſcilicet regimini Illuſtriſſime ELECTOR, tuis ſtudiis Celſiſſime ac Magnificentiſſime Dn. RECTOR faveat, adſitq; propitius mente devota oro, 1608. 22. Ex Salana veſtra.

Veſtrarum Celſitudinum.

ſubjectiſſimus

Dominicus Arumæus D.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA DEDICATORIA
PRIORIS EDITIONIS,

Illuſtriſſimis, Potentiſſimis, Celſiſſimisque Principibus, ac Dominis,

DN. CHRISTIANO II.
Duci Saxoniæ, ſacri Romani Imperii Archimareſchallo, & Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, &c.

&

DNO. JOHANNI, DUCI SA-
xoniæ, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, &c.

Dominis ſuis clementiſſimis.

QUod Lege apud Perſas ſancitum, ſervatum pertinaciſſime legimus, Illuſtriſs. Potentiſs. ac Celſiſſimi, ELECTOR, Principes, & Domini, Domini clementiſſimi, ut

Digitized by Google

quandocunq; deſignaretur Rex, vel in Perſas pergeret, unusquisque pro facultate cum muneribus, ac gratæ mentis ſignificatione ſalutatum iret, idem mihi debitæ, & humilis ſubjectionis ratio in ſuſcepta hac novi regiminis adminiſtratione, Celſitudinibus veſtris, morte Illuſtriſſimi, ac omnium heroicarum virtutum cumulo laudatiſſimi Principis Friderici Wilhelmi, Ducis Saxoniæ &c. delati, ingerit. Si enim, ut Plato voluit, Dei maximum munus, & quo nullum præſtantius hominibus obtingere poteſt, exiſtimari debeat: eos conſequi Reipubl. adminiſtratores, qui duo hæc præcepta, tanquam

quam

Digitized by Google

quam fixum colliment ſcopum. Unum, ut utilitatem civium ſic tueantur: ut quicquid agant, ad eam referant: obliti commodorum ſuorum. Alterum, ut corpus totum Reipubl. curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant, quam nos felicitatis partem aſſequuti videbimur, qui ſub Electoris, ac principum clementiſſimorum, & Rectorum, imò patrum Patriæ clypeo vivimus, qui non ſolum duo illa perfectiſſimè complerunt, verum longè ampliora, & præcipuè illa, quæ ad felicitatem pii ac boni principis magnus ille Eccleſiæ Doctor Auguſtinus requirit: Felices (inquit) eus

eos dicimus, ſi juſta imperant, ſi inter linguas ſe ſublimiter honorantium, & honorabiliter ſalutantium non extollantur: ſi ſe homines eſſe meminerint: ſi poteſtatem ſuam ad Dei cultum dilatandum, majeſtatique ejus famulari faciunt: ſi Deum timẽt, diligunt, & colunt, ſi plus amant regnum illud, ubi non timent habere conſortes: ſi tardius vindicant, facilè ignoſcant, ſi eandem vindictam pro neceſſitate regendæ, tuendæque Reipubl. non pro ſaturandis inimicitiarũ odiis, exerceant: ſi eandem veniam non ad impunitatem iniquitatum, ſed ad ſpem correctionis indulgent: ſi quod aſpere cogun-

coguntur plerumque decernere, miſericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compenſant. Quod ipſum moderatiſſimè incepta, & nunc per biennium Electoris potentiſſimi in Electoratu graviter, & heroicè regendo, tanquam mitis parentis, publico bono continuata cura & adminiſtratio demonſtrat. Et abunde per tot annos feliciter regiminis tela, in hiſce provinciis inclyti principis ac Dñi. Domini JOHANNIS, & Celſiſſimi beatiſſimæ memoriæ fratris, cura paterna, peracta loquitur, ut ſpes certiſſima nos foveat, luctú & mærore, quem graviſſimus tanti funeris caſus incuſſerat,

Digitized by Google

mitigato, Celſitudinum veſtrarum auſpiciis, in feliciſſima ac relligionis avitæ, & pacis ſerventia tempora reſervari, quo nomine Celſitudines Veſtræ ſeræ poſteritatis certum, & gratum applauſum ſcriptis aliorum in æternum duraturis excipient, viventium debitam ſubjectionem, & gratitudinem: quam equidem aliqua ex parte explere ſatagens, ſubducta meæ ſuppellectilis literariæ ratione: nihil comperi quod excultum ingenio ſatis, aut elaboratum induſtria in conſpectum, & præſentiam Illuſtriſſimarũ Celſitudinum veſtrarum devenire digne poſſet. Malui tamen vilis muneris, quam nul-

lius

lius dator: præſentem de Mo-
RA tractationem, dum alia maturitatem magis ſpirantia morantur, offerre, cum nec lex Perſica ſuperior, tam ponderis oblati; quam animi reſpectum habuerit. Unde qui agricolationi apud ipſos intendebant, laborum vicariis deſtituti, nil pretii grandioris: ſed bovem, ovem, aut frumentum offerre ſolebant: quod ſiquidem, uti aſſolet, amplius penuria premebat: lac, caſeum, & ſimilia proferebant. Hinc non minus ruſticus ille apud Plutarchum laudatur: qui videns ad Regem Artaxerxem ex inſtituto munera deferri, nec quicq̃ ipſe
habens

habens; quo Regis præſentiam exciperet, malum conſpicuæ magnitudinis Regi obtulit, quã ſumma Phitii Attigis Celeni liberalitas celebratur: eum enim, cum Xerxem ſuperioris parentem exercitu ex decies centenis millibus hominum conſtante in Græciam proficiſcentem hoſpitio exciperet, Rex ad ſe acceſſitum: & quantum poſſideret interrogaret? cui ille, haud te, inquit, celabo, Regum Maxime, neque diſſimulare fas erit. Poſtquam accepi te celerrime ad mare venturum, volens tibi ad bellum pecuniam dare, inita mearum pecuniarum ratione, comperi mihi eſſe argenti bis mille talenta,

talenta, auri vero quadragies centum millia nummum Daricorum, ſeptem millibus minus: quæ omnia ad uſum belli hujus do tibi, mihi enim victus ex mancipiis & agricolis abunde ſuppetit. Nam & uterque vultu hilari, & præmio dimiſſus abiit, de illo incertum fama retulit: de altero reſponſum Xerxis tale legimus: Ego, inquit Rex, Lyde hoſpes, ex quo Perſidem egreſſus, neminẽ adhuc ſum nactus, qui in meum exercitum tali hoſpitalitate ſit uſus, tantumque auri ultrò dono obtulerit, ob quæ viciſſim ego te meum facio hoſpitem: & ne ad iſta quadragies centena millia aliquid deſit, ſeptem millia aureo-

rum

rum nummum tibi ex meo numerari jubeo, tu hæc & cætera, quæ ad hunc diem poſſediſti, libere habeto, talemque te geras ſemper hortor: neque enim unquam pænitebit te tuæ in Regẽ liberalitatis. Quapropter & vos, Potentiſs. ac Celſiſs. Dni. deprecor: ut quod excelſi, Regiique prorſus animi eſt, munuſcula ab infimæ fortunæ hominibus collata, communicatave non aſpernari: nec fronte renidenti aut eragata excipere, in hoc literario, & levidenſi oblato oſtendatis. Quod ſi obtinuero, non magnopere me ſuggillantiũ voces, quod non ſemper deſtinatum attingã Scopum, potiusque humi compaſcens

paſcens graculus, quam in ſublimi conſtituta aquila videar, detinebunt: memor eius quod orator nobilis literis conſignavit, prima ſequentem, honeſtum eſſe in ſecundis tertiisque conſiſtere, & in rebus præſtantibus magna eſſe, quæ ſunt optimis quam vicina. Excuſabit & ſerior ætas, quæ ut ſecum prudentiam, ita liturarum inductionem trahet. Eſt enim ut Comicus ait: quod

Nunquam ita quisquam bene ſubducta
ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat: ut illa quæ te ſcire credas, neſcias:

Et

Digitized by Google

Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Sed jam ſatis Illuſtriſſimas celſitudines veſtras moratus ſum, finiam ſolenni Senatus acclamatione Probo Auguſto facta: CHRISTIANE II. DI TE SERVENT, DUX JOHANNES, DI TE SERVENT, UTERQUE ET FORTIS, ET JUSTUS, BONUS DUCTOR. BONUS IMPERATOR, EXEMPLUM MILITIÆ, EXEMPLUM IMPERII, DI VOS SERVENT, ASSERTORES REIPUB. FELICITER IMPERATE, VOS CUM ILLUSTRISSIMA DOMO SAXONICA DI CUSTODIANT, QUOD IMPERIUM SUSCEPERITIS, GRATIAS AGIMUS, DEFENDITE

NOS,

Digitized by Google

NOS, DEFENDITE REMPUB. NOS VOBIS COMMITTIMUS, DIGNI IMPERIO, DIGNI TRIUMPHIS, FELICITER AGITE, FELICITER IMPERATE, Jenæ 1603. Mart. 26.

VV. Celſitudinum

Subjectiſs.

Dominicus Arumæus D.

DOMI-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICI ARUMÆI
FRISII, J. U. D. PROFESS.
Publici, &c.

Prælectiones publicæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE MORA.

Procœmium.

SUMMARIUM.

1. *Memoriæ præſtantia.*
2. *Ejus fragilitas.*
3. *In juvenibus & ſenibus.*
4. *Memoria neceſſaria eſt.*
5. *Natura conſtat.*
6. Mithridatis & Senecæ *memoria felix.*
7. *Arte augetur.*
8. *Artificialis memoria.*

Digitized by Google

9. Petri de Ravenna *ſtupenda memoria.*

10. *Non tutum eſt memoriam artificialem comparare.*

11. *Memoriæ utile eſt multa ediſcere.*

12. *Dictum* Themiſtoclis,

13. *Quomodo naturalis memoria roboretur?*

14. *Quid ſit ordo?*

15. *Ejus præſtantia.*

16. *Juſtiniani pietas.*

17. *Mundus & omnia in eo conſiſtunt ordine.*

18. *Operis diviſio.*

1 QUamquam memoria ſecundum rationem, Auditores, nihil homini Deus dederit ſan-

Digitized by Google

ſanctius, nihil utilius, & ad eruditionem aptius. Eſt enim theſaurus diſciplinarum omnium, artiumq; ſtudio quæſitarum custos fideliſſima. *Sabellic.lib.10.exemplo.c.9. Sequutus Cicer.3 ad Herenn.& Quintilian.lib. 11.orator.inſtit.2.* Eadem tamen pro- 2
pter multos animæ motus, variasq; cogitationes *Avicen.6.natural.* non ſemper & ubique ſibi conſtans, ſed maximè delicata & fragilis eſt, ut Seneca loquitur *in prologo declamat.* & quo prçcioſior, *Sabellico teſte*, eo magis injuriæ obnoxia, quod probant noſtri. *l.peregrè.de acquir.poſſeſſ.l.hac conſultiſſima.C.qui teſtam. fac. poſſeſſ. L.ſi arbiter.de probat.l.2.de vet.jur.enucl. Bald. in l.1. C. de jur. Emphyt. Guid.Papæ.in præfat. deciſ. Gratıonopol.Zaſ.lib.2.conſil.3.nu.45. Cravett. conſil.28.nu.4. Rainold. Corſ.2.indagat.27.Boër.deciſion.155.n.23. Geil.1.*

obſervat.114.n.2.Borch.p.1.conſil. 30.
3 Nam præterquam quod tentat naturaliter ſeipſam relinquere, in juvenibus præſertim,&ſenibus,defluunt enim illorum typi, quod in jugi ſint incremento,horum autē, quod natura in iis ad occaſum prona, minuatur, in eo ſaltem tenaciſſimi, quod,ut *Cato Major* dixit eos,nunquam loci ejus,quo Theſaurum obruerint, oblivio capiat. varii etiam caſus emergunt,quibus obfirmatior ſui quaſi deliquium paſſa concidit:
4 nec tamen quiſquam facile aliquo in ſtudiorum genere ne dicam excellere,vix præſtare aliquid,ut maximè mens ipſum in arduum laudis cupiditate rapiat, poterit, niſi eam modis omnibus exornaverit: Vidit certe id ſapiens Poëta,qui Muſarum memoriam dixerit matrem,nec minus prudens, qui lethen, quæ huic con-

contraria eſt, apud inferos ſtatuerit.
Conſtat quidem præcipuè divitis 5
naturæ beneficio, quæ usque adeo
ſui rivos aperiens *Mithridatem* Pon-
ti regem, quo nullus diutius, gravi-
usque Romana exercuit arma, per-
fudit, ut duabus & viginti nationi- 6
bus diverſis, quibus imperabat, ſua
cuique lingua jus dicere, & pro con-
cione ſingulas ſine interprete affari
potuerit. Et in tantum *Senecam*, ut
ipſe in *prolog. declamat.* ſcribit, bea-
vit: ut in miraculum memoria ejus
procederet. Nam duo millia nomi-
num recitata, quo ordine erant di-
cta, referebat, ducentos quoq; ver-
ſus ab ultimo incipiens recitabat.
Arte tamen quin augeatur & exci- 7
tetur, apud eos, qui experientiam
quotidianam (quæ *in c. quam ſit Ec-
cleſiis de election. in 6.* efficax rerum
magiſtra dicitur. *Tiber. Decian. 1. con-*

ſil.18.n.116. Roland. à Vall.1. conſil.7, n.18. & conſil.19.n.46.Menoch.lib.2. centur.5.caſ.427.d.arbitr. jud. quæſt. Necizant.lib.3.Sylv,nupt.n.7. penitius conſiderant, indubium erit. *Sabell. d. loco. Cicero.d.lib.3. ad Herent. Quintil.d.lib.11.c.2.* Quod ipſum pꝑpendentes omnium ętatum viri docti, cum variæ artis formæ, quibus eadem provocari, & longius produci poſſet, ſeſe oſtenderent: duas præcipue vias ptæmonſtrarunt, quarum unam ſtudiosè *C. Herrenn.* ingredi *Cicero*, vel ſi alius quicunque fuerit, imprimis vir eruditus *lib. 3. Rhetor. ad Herenn. fol.* (*mihi*) *39. &*
8 *ſeqq.* monuit. quam artificio locorũ & imaginum conſtantem mirificè prædicat, & ex noſtris *Hierony. Butigel. ad l.vinum.n.18.de reb.reb.credit.* eam ſecutus videtur non in celebris nominis JCtus *Peir.de Ravenna*, cujus

jus in tantam promptitudinem me- 9
moria excrevit, ut multa millia rerũ
ſtans ꝑciperet animo, & eo quo ac-
cepta eſſent ordine memoriter red-
deret: quin ſe non ſemel, ſi ipſius te-
ſtimonio quicq̃ credimus, ad totius
Codicis Juſtinianei recitationẽ ex-
temporaneam obtulit. eam primũ
oſtendiſſe dicitur *Simonides*, expli-
caſſe rectius *Methrodorus Sceptius
ut Quintil. d. lib. 11. c. 2. tradit* de qua
ſentiant alii quid velint, velint autẽ
illud quod debebũt: meum ſi expe-
tatur judiciũ, verbis Quintiliani rem 10
definirem, *Vanitas nimirum* (*ait*)
*fuerit, atq; jactatio, circa memoriã ſuã
potius arte, quam natura gloriantis.*
Nam præterquam quod tot ſæpiſſi-
mè monſtroſis obtundit imaginib⁹,
ut pro memoriæ tenacitate maniã,
& phreneſin nonunquam inducat,
dum videlicet, naturalem memcriĩ

innumerabilium rerum, ac verborũ imaginibus prægravans, naturæ finibus non contentos, arte inſanire facit *ut ait Cornel. Agrip. de vanit. ſcient. c. 10.* ut plurimum quoq; uſu venire videmꝰ, ꝙ illi, ꝗ hoc artificialis memoriæ ſecreto gaudent, haud paulò infeliciores in retinendis neceſſariis, quam ii qui naturæ beneficio contenti ſunt, reperiantur: vel quia moleſtum ſubterfugiant diſponendi laborem, vel quia multa reperiantur, quæ nullis imaginibus explicari poſſint. Quare *Simonides* & *Sceptius, ut idem Quintilianus ait*, ſibi habeant ſua, nos ſimpliciora tradamus. Aliam itaque viam *Plato*, quem ſummæ prudentiæ & autoritatis apud Græcos fuiſſe, ex noſtris
12 *refert Calliſtratus in l. 2. d. nundinis* digito quaſi demonſtrans in Epiſtol. ad Dionyſium fol. (mihi) 330. loquitur

tur μεγίστη δὲ φυλακὴ, τὸ μὴ γρά-φειν, ἀλλ' ἐκμανθάνειν, οὐ γάρ ἐστι τὰ γραφέντα μή οὐκ ἐκπεσεῖν. Innuit ſcilicet Vir ſapientiſſimus, nihil æquè memoriam acuere, quam ſi ea, quæ maximè nobis profutura credimus, ediſcamus, & memoriæ cellulis reponamus: Unde quoties res exigit, vel ultrò ſeſe offerent, & reponenti dabunt. Quæ ratio ut ſimpliciſſima eſt, ita etiam expeditiſſima vel maximè, nec ullum ſecum periculum trahens: & hoc nomine non tantũ Philoſophorum conſenſu recepta, *vide. Plutarch. in lib. d. Inſtit. puer. Quintilian. d. c. 11.* Verum etiam JCt. calculis comprobata, quod poſt *Ludovicum Romanum* indicat *Zaſius conſil. 2. num. 59. lib. 2.* Studium inquit, facit memoriam. *Iohann. Baptiſt. de Gaza Lupis de modo Studendi*

dotum. 7. quod ſuo exemplo com-
probavit *Themiſtocles* quem unum
intra annum optimè locutum eſſe
perſicè conſtat, & tantę memoriæ
12 ſtudio comparatæ extitit, ut *Simo-
nidi* artem memorię pollicenti re-
ſponderit, ſe malle artem oblivio-
nis, quod etiam meminiſſet, quæ
nollet, & obliviſci non poſſet, quæ
vellet. *autore Cicerone. 2. de orato-*
13 *re.* Nec dudium eſt quin hanc viam
ſectantibus multum conferat ratio
victus, cibi, potionis, exercitamen-
ti, quietis, ſomni moderati, præci-
puè autem, & cujus cauſa hęc altius
14 acta ſunt, parium diſpariumq; rerũ
ſua cuique loco tribuens diſpoſitio,
cujus beneficio velut oculum habe-
mus quendã multo præſtantiorem,
quam ſi corporalis eſſet aliquis ad-
ſtructus, qualis in fronte: quod in fa-
15 bulis de *Jano* eſt. Certa enim ſunt

non

Digitized by Google

non ſolùm in digerendis quæſtionibus, ſed etiam in exequendis, ſi modo rectè dicimus, prima ac ſecunda, & deinceps, cohæretq; omnis rerũ copulatio *Quintilian.d.loco.* quæ ubi ſemel conſtituta ſunt, eam cerebro memoriæ ſedi impreſſionem faciunt, ut non minus feliciter didicita retineantur, quam ſi locis vel imaginibus connexa eſſent, quo ſpectat *Cicero*, ordinem maximum memoriæ lumen adferre innuens, & *Quintilian.* qui rectè ait diviſerit non poterit in rerum ſerie errare: à quibus haud dubiè edoctus noſter ille *Accurſ.* (quem præ cæteris corona donat *Cujac.12.obſ.16.*) inter reliqua ordinis & diſpoſitionis cõmoda illud recenſet, quod memoriam artificioſe informet, *in §. igitur. verſ. eaſdẽ in prooem. Inſt. cõmendant. Ang. Aretin. Aymon. Gravett. in prooem. d.*

 antiq.

antiq. tempor. Menoch. in proœm. de
arbit. judic. quæſt. num. 13. Claud. de
battand. art. 13. de legitim. à quibus
non diſſentiens *Juſtinianus* Princeps
prudentiſſimus & pientiſſimus (quẽ
16 hocnomine *Procopius* iniquè ſugil-
lat quod omiſſa re bellica, intra pa-
latii cubiculum recluſus, cum ſacri-
ficulis omnes bonas horas conſu-
meret, in articulorum fidei minuti-
is ſecernendis; Scire enim debuerat
parum eſſe foris arma, niſi ſit conſili-
um domi, id eſt niſi vera cognitio, &
fides Dn. noſtri Jesu Christi præ-
cedat: *Cont. 1. prætermiſſ. Cod. in fin.*)
ordinis beneficio difficultates, quæ
ex permiſta traditione oriri ſolent,
extirpari, eaſdemque explicari non
obſcuxe, innuit. §. *Sed ne in pr. Inſtit.*
de legat. §. *alio Inſt. quib. mod. teſtam.*
infirm. §. *his igitur. de Iuſt. & Iur.*
Quin ſi mentis noſtræ cogitationes
liberi-

Digitized by Google

liberius aliquanto expatiari ſiverimus, & ejusdem aciem in res pleraſque extenderimus, quid quæſo ſtabile, quod non ordine colligatum? quid pulchrum quod non eodem 17
conſtructum eſt, invenies? Et ut hoc de ſuo mihi largiatur *Apulejus*. Quid mundo præſtãtius? lauda quam putas ſpeciem, portio à te laudabitur mundi, is tamen.

Ordine ſervato, ut neſcio quis ait,
ſervatur, at illo
Neglecto peſſum totus & orbis abit.

Et Manilius lib. 1. Aſtronom.

Sed facies quæcunq; tamen ſub origine rerum
Convenit, & certo digeſtum eſt ordine corpus.

Quid item pulchrius cæleſtis machinæ aſpectu? quæ ſicut omnia bonitas (ut cum *Dionyſ. Aræopag.* loquar) ad ſe convertit, & quæ di-

ſperſa ſunt congregat veluti unitatis autor, ſimiliter illa, ſecundum quãdam imaginis rationem, ad ſe convertit omnia, quæ vident, quæ moventur, quæ illuminantur, Hæc vero eadem.

Machina perpetuò cæleſtis ab ordine pendet,
Inde tenent ſolitas lunaque ſolque vias,
Infimus aſtrigero mundus connectitur orbi
Æternamq; fovent per ſua membra fidem.

Nullum quoque habitura eſt Ecclesia, cujus fœtu (ut *Cyprian. de ſimplic. prælator.* ait) naſcimur, lacte nutrimur, ſpiritu animamur, honorem, ſi non.

Ordine Chriſtiadum fælix Eccleſia conſtet

In ſumma, & ut multa paucis complectar. Or-

Ordine cunctarum ſtat gloria maxi-
ma rerum.
Ordine ſubverſo vertitur orbis iter.

Qua de cauſa in ſcientiis & artibus, quæ humana induſtria apparantur, à præſtantiſſimis viris creditum eſt, ſcire iſtum omnia, qui ordinem obſervaverit, ignorare eundem omnia, qui eundem neglexerit. *Plato in Gorgia Scaliger. Exercit. 2. & exerc. 249 ſect. 3. Luc. de Penna. in l. 2. C. d. prax. ſacr. ſcin. Robert. Marant. in pr. ſuæ prax. nu. 3. & ſeqq. Rolan. teſt. rub. 6. nu. 1. Neguzant in proëm. d. pignor. Bart. Chaſſan. in præfatione tract. glor. mund. Cravett. in rub. de leg. 1. num. 2. Neviz. in pr. n. 2. in Sylv. nupt. Borch. in proœm. de feud. Nizol. in alleg. 4. n. 26. Pet. Hag. p. 1. q. jur. civ. 33. n. 26. Ioh. à Rebert. in topic. leg. 11. Claud. d. Battand. art. 13. n. 13. de legitima.* Et quemadmodum duos

pariter

Digitized by Google

pariter ſylvam tranſeuntes aſpicimꝰ, hunc quidem per devia laborãtem, illum vero recti itineris compendia eligentem: pari motu curſum tendunt, ſed non æque perveniunt, ſimiliter bonarum artium ſtudia tractantes, etiamſi pari induſtria, contentioneque ſimili laborent: is tamen, qui ſine ordine procedit, laborat quidem, ſed non perficit, & quaſi aërem verberans vires in ventum fundit. Quapropter ne & in præſenti inſtituto equorum loris ſolutorũ inſtar vagari videar, inque denſitate ſaltus oberrare, me ſequentium capitum circo in curſu mearum lectionum includam.

18 Exponam itaque.

1. *Varias moræ ſignificationes.*
2. *Definitionem.*
3. *Duplicem eſſe moram aliam ex re, aliam ex perſona.*

4. *Qui-*

Digitized by Google

4. *Quibus modis re contrahatur.*
5. *Quibus ex perſona.*
6. *Juſtas differendi cauſſas, quibus, licit interpellatus, debitor moram effugiat.*
7. *Moram creditoris.*
8. *Varios moræ effectus.*
9. *Quibus caſibus purgari poſſit.*
10. *Quibus non itidem.*

DE quibus vos peramanter rogo, ut me prius diſſerētem audiatis, quam cenſorio addito calculo, audita particula eorum, de omnibus judicium feratis: non ſecus ac illi faciunt, qui cum vix limē attigerunt, protinus ædificium deſignatū contemnunt, illudque minus aptè, concinnè, & eleganter compoſitum judicantes, de bona artificis æſtimatione non parum minuunt, intimas autem partes ædificii cum introierint, cubi:ula quæquæ ſigillatim diſcer-

cernentes, fabricam laudare & architectum tum demum efferre incipiunt, quapropter ſingula quæque diſpicite, & trutina velut appoſita perpendite, & ſi benedictorum copia errata vicerit, ex *Perſarum* æquiſſima lege abſolutionis calculum promite, ſi vero in contrarium res acta, errata effulſerint, æquiſſimi Prætoris reſtitutionem, qua nondum ætas mea excluſa eſt, haud difficulter permittite, ut enim errare vel minus ſapere communis infirmitatis eſſe ſcitis, ſic in errore perſiſtere pervicaciæ, & iniquitatis eſſe agnoſco.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT I.

De Variis Moræ ſignificationibus.

SUMMARIUM.

1. *Vocabulorum ſignificationes diverſæ obſervandæ ſunt.*
2. *Vox ambigua prius dividenda, quam definienda.*
3. *Ex ſententia Dd. tripliciter vocabulum moræ uſurpatur.*
4. *Refelluntur iidem cum prima ſignificatione.*
2. *Morari quid in jure ſignificet?*
6. *Moratoria præſcriptio, cautio, cunctatio.*

7. *Mora*

7. *Mora interdum ſignificat ſimplicem ceſſationem.*

8. *Frequentius vero, pro ceſſatione quæ ex non juſta cauſa proficiſcitur, uſurpatur.*

9. *De qua mora agant Iuriſconſulti.*

10. *Verba in potentiori ſignificatu accipiuntur.*

11. *Nemo cogitur indefenſum jus ſuum relinquere.*

1 IMprudentiæ extremæque inditium eſt ignorantiæ, falſa pro veris admittere, dicebat *Muſonius*: id autem contingat ei neceſſum eſt, qui non exacte vocabulorum diverſas ſignificationes novit *Ariſtotel. 1. Elencor.* nam ut maximè ea, quæ à nobis dicuntur, intelligi poſſunt, innumerabilia tamen ſunt, per quæ cavillan-

villantur ab improbis, ut *Senec.* loquitur *lib.7.de benefic.c.4.in fin.* vel ut *Iuſtinian.* ait, nihil inter homines ſic indubitatum eſt, ut non poſſit, licet ſit valdè juſtiſſimum, ſollicitam quandam ſuſcipere dubitationem. *in Novell.44.c.1.verſ. Et non fingant*, quocirco ne decipiculis, & fallaciis ex verbi ſignificatione varia latebræ quærantur, vocis ambiguæ in ſuas ſignificationes diſtributionem pri- 2
us, quam definitionem faciendam eſſe monuerunt. *Ariſtotel.6.Topic.1.& 6. Cornel. Valerius. in loc. de divis. Nicol. Euerar. in Topic.legal.præambul.num.24. Ioh. à Reberter.1.Top. legal.5.* Quorum monitionem ſe- 3
quentes. *Ioh. Sadolet. in l. quod te. n. 24. Salicet. Iaſon. Decius. Hieron. Butigell. ff. de reb. credit. Flor. in l. mora. ff. de uſur. Romuleus in compend. moræ. num.8.* triplici in ſignificatu, moram apud

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

apud juris noſtri authores reperiri, annotarunt, & quidem primo pro habitare, *allegant. l. 2. C. d. incol. l. 2. ff. d. ſerv. export. l. 3. ff. d. Senator. l. 2. §. ignominiæ autē. ff. d. his qui not. infam. §. 1. Inſt. d. uſu & habitat. l. penult. C. de*
4 *legat.* Verũ ſi, quod res eſt dicere volumus, prædictorum locorũ authoritate moram pro habitatione uſurpari, non rectè probant: agnoſco facilè verbũ MORARI pro habitare ac-
5 cipi, non ſolum dictis in legibus, verũ & aliis *l. annua. 2. ibi. ſi cum matre moraretur. ff. d. ann. legat. L. Cajo Sejo. 13. §. 1. de aliment. legat.* & maximè illo *Ciceronis* loco de ſenectute. Ex hac vita (ait) diſcedo, tanquam ex hoſpitio, commorandi n. natura diverſorium nobis non habitandi dedit. quin & ejuſdem verbi MORARI propria hæc eſt acceptio, ut tardare, & ceſſare ſignificet. *l. poſtquam. §. 1.*

ibi

ibi quod enim ante ſententiam, ſi petitionis dies moraretur. ff. ut legator. ſeu fideicommiſſ. nomine. l. ſi ſervum. 91. §. 1. ibi; niſi ſi poſteaquam moratus eſt ſolutionem. ff. de Verb. Oblig. l. ſi ea. 7. ibi cognitionem moratur. C. de his qui accuſat. poſſ. l. ſi uſusfr. 6. ibi moratusq; eſſet in ea danda. ff. de uſu & uſufr. legat. quam nõ uno in loco annovit Poëta latinus.

Quid ſtruit, aut qua ſpe inimica in in
gente moratur, 4. Æneid.
Jam jam fata ſoror ſuperant, abſiſte
morari. 12. Æneid.
———————— *Qua tibi lucem*
Arte morer? ————————

SIc moratoria præſcriptio *in l. 2.* 6
Cod. d. precib. imperator. offerrend. &c. Ex interpretatione Aniani *in l. 3. Cod. Theodoſian. d. diverſ. reſcript.* dicitur, quæ cauſam ꝓlongat, id eſt, quando induciæ à litigatore petũtur à Prin-

à Principe, & moratoria cautio de qua agit Paul. *in l. cum poſſeſſor. 5. in fin. ff. de cenſib.* quo minus, ait, prædiũ jure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur, hoc eſt, cautio quæ datur, ut quis differat & expectet, & moratoria cunctatio apud Ulpianum *in l. Tutor qui. 7. § ſi tutor 1. ff. d. adminiſt. tutor.* nihil aliud ſignificat, quam longiorem ceſſationem. ſenſu planè nõ diſſimili in *Juſtiniani* conſtitutione moratoriæ ambages nominantur *l. ult. C. d. compenſat.* nobis autem in præſenti de mora (quod nomen declinabile eſt) ſermo inſtitutus eſt, & eam pro habitatione accipi nondũ
7 mihi conſtat. Rectius vero ijdem moram pro lapſu temporis, & dilatione abſque culpa ſumi, notant, quam ſignificationem innuit æquiſſimus Ulpian. *in l. ſi debitor. 21. ff. d.*

judic.

Digitized by Google

judic. Queſitus an debitori debitum confitenti dies conquirendis nummis indulgeri debeat? & id probadũ dicit, quia magnũ damnum in mora modici temporis non eſt, & JCtus Paulus *in l. 1. §. item ſi ita 8. ff. ad l. falcid.* in hoc legato. Hæres meus Sejo penum dato ſi non dederit, decẽ dato, hæres dicitur tantũ decem debere, ſi moram in penu ſolvenda fecerit, moram abuſivè Jureconſultus intelligit pro ceſſatione, cum verè in penu ſolvenda moram facere nõ poſſit, à quo ea peti nõ poteſt, *l. nulla. ff. de Regul. Iur.* Idem Paul. *in l. videamus. 38. §. item ſi vi. ff. d. uſur.* & Tryphonin. *in l. penult. ff. de vi & vi armat.* & Juſtinianus Imperator, *in Auth. ſed lis. C. d. Tempor. appell.* atq; eam paſſim bonorum authorum etjam non inveſtiganti exempla oſtendent. Expreſſit eam.

B Cicero

Cicero.

Tibi ut video, & ſpero, nulla ad decedendum mora *erit*. lib. 5. ep. 21.

Itaq; cum bellum nefarium Reipubl. Illatum viderem, nullam moram *interponendam ſtatui*. 6. Philip. in pr.

Poëta Latinus.

Quin age ſi quid habes, in me mora *non erit ulla* Eclog. 3.

Molirivè moram, *aut veniendi poſcere cauſas*. 1. Æneid.

Jam jam nulla mora *eſt, ſequor & qua ducitis adſum*. 2.

Haud mora, *continuo perfectis ordine votis* 3.

Nec mora *nec requies &c.*

Haud mora *conſiliis, nec juſſa recuſat Aceſtes* 5.

Si mora *præſentis læthi, &c.* 10.

Exuperatq; moras, *& pontes tranſilit*. eod.

Inde

Inde ubi tot traxiſſe moras, *&c.* eod.
O mater neq; enim Turno mora *libe-
ra mortis* 11.
Præcipitatq; moras *omnes, &c.* 12.
Quæ nunc deinde mora *&c.* eod.

P. Ovidius Naſo.

*Sive vagis illi pedibus ſpacioſa teretur
Porticus, hic ſocias tu quoque junge*
moras. De Art. Amand. 1.
*Principiis obſta, ſero medicina paratur
Cũ mala per longas invaluere* moras.
*Vidi ego quod fuerat primo ſanabile
vulnus
Dilatum longæ damna tuliſſe* moræ.
Nam mora *dat vires, teneras* mora
percoquit uvas. D. Remed.
Amor. 1.

Terentius.

Nec mora *ulla eſt, quin eam uxorem
ducam.* In Andr.

Seneca Tragicus.

Quod ratio nequit, ſæpè ſanavit mora.
Omnis nimium longa properanti mora *eſt.* Agamen.

8 FRequentius autem, pro ceſſatione, quæ ex non juſta cauſa proficiſcitur, uſurpatur, cujus tam paſſim obvia ſunt in juris noſtri libris teſtimonia, ut plusquam curioſæ diligētiæ reputari poſſet: ſi ſingula, quæ ejus ſignificatus probandi cauſa occurrunt, apponerentur, ſufficiet indicaſſe eum tangi à Scævol. *in l. pupillus. 127. d. Verb. Oblig.* dum pupillum in initio moram commiſiſſe, ait, quam tamen in ſequentibus negat, innuens nimirum, non protinus ubi ceſſatur moram committi, ſed tum demum, cum ex non juſta cauſa ceſſatur. Undè ſciendum *Ulpian.* monet, non omne, quod differendi

cauſa,

Digitized by Google

cauſa optima ratione fit, moræ annumerandum eſſe. *l. 21. ff. de uſur.* quin hoc, ut fraudandi cauſa fiat, expreſſè *Paul.* requirit. *l. 22. ff. de uſur.* & exemplo ad rem non inidoneo idem illuſtrat. *l. 24. in pr. ff. eod.* ſi qs, inquit, ſolutioni quidem moram fecerit, id eſt, ceſſaverit, judicium autē accipere paratus fuerit, non videtur feciſſe moram, ſcilicet eam, quæ ex non juſta cauſa proficiſcitur, ſi modo juſte ad judicium provocaverit, nam ut maximè eventu conſiderato moram contraxiſſe dici poſſit, ej⁹ tamen ratio à judice haberi non debet, cum non fruſtrandi, ſed ſuum retinendi animo ceſſaverit *l. illud ff. d. petit. hæredit.* quo ſpectat *Pompon.* Sed cum quæritur, ait, an per te factum ſit, animadverti debebit: non ſolum in poteſtate tua fuerit id nec ne: aut dolo malo feceris, quo mi-

nus eſſet, vel fuerit, nec ne: *Sed etiã ſi aliqua juſta cauſa ſit, propter quàm intelligere deberes, te dare oportere l. quod te. 5. ibid. Bald. Salicet. Thomas Parpal. Decius. ff. de Reb. cred. Tiber.*
9 *Decian. 2. conſil. 11 n. 8.* Atq; hanc poſteriorem ſignificationem in uſu juris, quoties de mora, & ejus effectibus, Juriſconſulti diſputant, intelligũnt. *Æmil. ferret. nu. 4. in tract. de mor. Hot. in pr. Forcat. p. 1. n. 4. eod. tractat. Donel. 16. comment. 2. in pr.* quod præter leges, quæ paſſim à me in hac commentatione proferentur, potẽtior vocabuli ſignificatio probat, in qua regulariter verba accipienda *l. 3. ff. d. Tutor. § ſed jus quidem civile. Inſt. d. I. N. G. & Civ. l. quicquid venditor. ff. de act. empt.* tum etiam rei ſumma æquitas, ne alias propter metum hujus periculi, temerè indefenſum jus ſuum relinquere coga-
11
tur

tur juſta de cauſa ceſſans debitor. *d. l. illud ff. de hered. petit.*

CAPUT II.

De Moræ definitione.

SUMMARIUM.

1. *Definitio præmitti debet.*
2. *An definitiones in jure neceſſariæ ſint?*
3. Ariſtonis, Galeni, Garronis, Fabri, Duareni, Charondæ, Longovalli, *ſententiæ de definitionibus.*
4. *Doctores volunt ſufficere definitionem procedere ſecundum communiter accidentia.*

5. *Omnis definitio in jure pericu-
loſa eſt.*

6. *Quod tribus argumentis* Cagnolus *confirmat.*

7. M. Varro *non ſuperſtitioſè definivit.*

8. *Jurisprudentia ſimplicitatem amat.*

9. *Oſtenditur quatuor argumentis definitiones in jure neceſſarias eſſe.*

10. *Jus ars eſt.*

11. *Ratio dicitur legis anima.*

12. *Jurisprudentia rectè dicitur ſcientia.*

13. Labeo *logicæ peritiſſimus.*

14. *Ejusdem duplex lapſus, ubi &* Servii *doli definitio defenditur, conciliatur l. 7. §. dolo malo*

Digitized by Google

malo de pact. cum l. 1. §. do-
lum. de dolo.

15. Epicorum mos.

16. Ulpianus & cæteri JCti, defi-
nitionum ſtudioſiſſ.

18. Refutantur argumenta eorum,
qui definitiones ex jure re-
jiciunt.

19. Intellectus l. omnis definitio
202. de Reg. Jur.

20. Morã definiri non poſſe qua-
tuor argumẽtis oſtenditur.

21. Recenſentur ac refelluntur va-
riæ moræ definitiones.

22. Author Moram definit.

23. Refutantur argumenta morã
definiri non poſſe negantiũ,
ubi & explicatur principiũ
l. moræ. 32. ff. de uſur.

24. *Judicis arbitrio quam pauciſſima ſunt relinquenda.*

25. Accurſius *explicatur.*

CUm, Philoſopho teſte *in 1. poſterior.* ſcientia non ſit niſi univerſalium, ideo ad genus redire, à quo plenior ſpecialiũ cognitio hauritur, oportet: genus vero omnium eſt definitio, quapropter ad eam an-
1 tè omnia deveniendum, & per eam ingreſſus in materiam faciẽdus erit. *Bald. in proëm. Feudor. n. 8. Troil. Maluit in tract. d. oblat. in 1. dubio. Petr. Rebuff. in pr. Typ. d. Except. Cagnol. in l. omnis definitio. de Reg. Iur. Æmyl. Ferret. in l. 1. num. 14. ff. de Reb. credit. Bartol. Romul. in pr. compend. Moræ.* quod priusquam faciam, non vobis injucundum, mihi moleſtum erit,
2 hoc loco in Scholis & ſubſelliis Juriſconſultorum ſermone trito agitari

tari ſolitum Thema proponere: *An in juriſprudentia definitiones logicorū regulis innexæ dari poſſint, & debeāt?* Ariſto Chiꝰ dicere ſolebat, Dialecticorū argutias ſimiles eſſe telis arane- 3
arū, quod plurimū habeant artificii, minimū vero utilitatis, & inſtar luti viarum ad nihil proficientes, niſi ꝗ ingredientes impellant ad lapſum: quapropter is cum cæteris Cynicis putabat Logicen & Phyſicen à Philoſophia ſummovendam, ſolam Ethicen diligenter exercendam eſſe. Et Galenus *lib. 4. d. different. pulſ.* monet, ne quis ſe conjiciat in definitiones, de quibus nec inter ipſos dialecticos ſatis convenit: & ut eas omnibus numeris abſoluas, uſum tamen magnum poſtulant. Ne dicam, inquit, nihil opꝰ eſſe ad tradendas diſciplinas definitione eſſentiali, definitiones, quas vocant notionis his ꝗ

rem jam cognoſcunt, ſunt ſupervacuæ, ignorantibus non neceſſariæ, cujus opinionem pleriq; noſtrorum ſequuti, jus noſtrum ſuperbæ dominæ adinſtar famulitium logices aſpernari, & ut inutile rejicere, arbitrantur. *Definitiones inquit*, Johan. Garron. *in rubr. de cauſ. poſſ. & propr. faſtidioſæ ſunt.* Per definitiones, *inquit* Johan. Faber *in §. ex non ſcripto. inſt. de jur. natur. Gent. & Civil. nihil mutatur in re, nec ex eis obulum lucraberis.* non definiunt Juriſconſulti, *teſte* Duaren. *in c. 2. de probat. nec opus eſt his definitione logica.* Mirari ſatis non poſſum, *ait* Ludovic. Charond. 3. veroſimil. 10. *quid ſit, quod interpretes omnia, quæ ad jurisprudẽtiam pertinent, exacta dialecticorum ratione metiantur, atq; Barbaros Sophiſtas imitari quam JCtos malint.* In tota legati diſciplina, *ſubjicit* Johan. Lon-

Longoval. *ad l.3. verſ. poſt improbatas num. final. d. Iuriſd. non exactè illæ dialecticorum definitiones, ſed deſcriptiones nudæq; verborum demonſtrationes traduntur.* Quapropter & 4
magis communis opinio eſt, ſufficere in jure definitionem adaptari ad regulam, & communiter accidentia, *Abbas Decius in rubr. extr. de judic. & alii quos alleg. Cagnol. in d. l. omnis definitio. de Reg. Iur. Vigl. Zuichemus vulgare id dicit in pr. inſt. de Teſtam. ordinand. n. 27.* in eam rem indignè trahentes, non ſecus ut à Græcis,

----Tracta eſt paſſis Priameia Virgo
Crinibus, à Templo, Caſſandra, adytisq;
Minervæ. Virgil. 2. Æneid.

Reſponſum Jaboleni. *Omnis, inquit,* 5
definitio in jure civili periculoſa eſt: parum enim eſt, vel ut Budæus & Haloand. legunt Rarum eſt, *ut non ſub-*

verti poſſit. l. omnis. 202. de R. I. quod ſanè ita intellexerũt. *Dec. Ferr. Cagn. in d l. omnis. Nevizan. lib. 1. Syl. nupt. n. 173. Tiraq. in 1. quæſt. de primog. n. 1.* & ſic communiter intelligi teſtatur. *Arrius Pinell. p. 1. c. 3. n. fin. Rubr. Cod. de Reſc. Vend.* Atq; ex eodem vulgatam regulam manaſſe innuit *noſter Vigl. in d. pr. n. 25.* Et probant inſuper ratione, & authoritate, Ratio *apud Cagnol. in d. l. omnis. de Reg. Iur.*
6 triplex eſt, Prima eſt, multiplicitatis rerum, & negotiorum, quæ plura ſunt quam vocabula. *l. 4. de præſcrip. verb.* Altera, fragilitatis intellectus noſtri, qui de infinitis notitiam habere non poteſt. *l. 2. C. d. veter. jur. enucleand.* Tertia, accidentium, quia propter diverſitatem animorum, neceſſe eſt, ut infinita negotiorum ſequatur diverſitas, quæ non ita facile ſub una definitione compræhendi

hendi poteſt. Authoritas vero eſt veterum Conſultorũ, quos in definiẽdis partibus juris minimè ſollicitos fuiſſe dictitant, ſed ferè *M. Varronis* 7
exemplum ſecutos, *cui. (ut A. Gell. 1. noct. Atticar. 25. ait.) non fuit negotium ut ſuperſtitiosè definiret, & legibus rationibusq; omnibus definitionum inſerviret, ſatisq; ei viſum eſt, ejusmodi facere demonſtrationẽ, q genus Græci* τύπους *&* ὑπογραφάς *magis quam* ὁρισμοὺς *vocant. Iohan. Longov. d. loco Marquard. Freher. in tract. d. Fama lib. 1. cap. 1. n. 3.* addite, ſi placet, argu- 8
mentum tale, jurisprudentia ſimplicitatem amat, ſubtilitatẽ averſatur. *l. 1. Cod. ut act. ab hæred. & contr. l. ſi ſervus. 91. §. ſequitur ff. de Verb. Oblig. l. Sed hæc nimium. ff. de excuſat. tutor. l. ſicut in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit.* quo ſpectat Julian. *Multa inquit, in jure civili contra ſtrictam*

ratio-

Digitized by Google

rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poteſt. l. ita vulneratus. 51. ff. ad L. Aquil. Et Bald. dicit. *quod ſubtilitas nimia errorem cauſat in l. 2. C d. contra tabul.* & idem notat, *quod ſubtilitatibus verborum res ſubverti non debeat, in l. 2. C. de fideicommiſſ.* Definitiones autem logicæ nihil aliud quam meram ſubtilitatem fovent. *Galen. d. lib. 4. de differ. pulſ. Cicero in Topic. Nevizan. 1. Sylv. nupt. num. 147.* Ergo

9 Verum enimvero ut maximè hęc aliquam veri ſpeciem oſtentare videntur, copiis tamen conjunctis, cōtrariæ ſententiæ eiq; Thematis propoſiti affirmativæ nunc confirmatā opinionem tantū cedere invenietis.

Lenta ſalix quantū pallenti cedit olivæ
Pumiceis humilis quantum ſaliunca roſetis. Virg. 5. Eclog.

Con-

Conſtat enim nec negari poteſt, Jus eſſe artem æqui & boni *l. 1. ff. de iuſt. & jur.* Unde & ars liberalis dicitur. *l. 1. C. qui ætat. vel profeſſ.* quapropter multo minus, quod huic conſequens eſt, negari poterit, id quod artis maximè proprium eſt, ſcilicet DEFINIRE, recipere. Utrumque majoris certitudinis cauſa confirmo. Et quidem antecedens ex Platon. Gorgia ſeu de Rhetoric. *Nulla, inquit, ars dici poteſt, niſi quæ ſui operis rationem & cauſam adferre poteſt.* Juris autem noſtri ars quin operis & conſtituti ſui rationem reddere poſſit nullum dubium eſt, cum ratio dicatur legis anima *argum. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. 2. l. adigere. §. quamvis ff. de jur. patronat. l. milites agrum ff. de Re milit. Bertachi, in reperor. verſ. ratio Pariſ. I. conſul. 16. Soſin. jun. 1. conſil. 15. Roland. à Vall. q. 4.*

n. 1.

n.1. d.lucro dot. Et ipſi fini ad quam reſpexit legislat. inſeparabiliter cohærens, quæ ut verbis aut ſententia expreſſa ſit, niſi noſter deficiat intellectus, neceſſe eſt, ſimiliter eſſe non poterit, quin & ratio effulgeat. *Ant. Maſſa lib.1.de exerc.jurisp.n.44.* quo reſpiciens Cicero d.legib.lib.2. prudenter monuit, *q lex vera atq; princeps, apta ad jubendũ & ad vetandum, ſit recta ratio.* Undè ut Ariſt. in Epiſt. ad Alex. *Eos qui utuntur ratione, & cũ hac omnia volunt agere, tanq̃ bonos & optimos exiſtentes laudamus. Eos autẽ qui ſine ea aliquid faciunt tanq̃ crudeles, & rudes, & beſtiales exiſtentes odimus,* nam ut Seneca Epiſt. 67. inquit. *Bona illa ſunt vera quæ ratio dat ac sẽpiterna, q̃ cadere nõ poſſunt, at decreſcere quidẽ ac minui. Cætera opinione bona ſunt, nomen quidẽ habent cõmune cũ veris, proprietas autẽ bona in illis*

non

Digitized by Google

non eſt. Quapropter Doctores noſtri & præſertim legentes, ratione ſemper inveſtigant (ut ait *Chaſſan. in Catalog. Glor. mund. p. 10. conſ. 18.*) quærentes de ratione dubitandi, itē ratione decidendi, de illa, quoniam lex non eſt niſi in caſu dubio *l. antiquæ. C. de furt.* neq; n. opus erit in claris dubitare, aut laborare *l. continuis. §. illud. d. Verb. Oblig.* de hac, ut conſtet, & intelligatur, quod lex cum ratione facta, ſit, ut eſſe debet. c. *erit autem lex. diſtinct. 4.* quæ etſi non ſemp talis ſit, ut oculos noſtros incurrat, aut manib⁹ palpari poſſit. ſufficit tamen probabilem oſtendiſſe, qua. & veroſimile eſt legislatorem motū eſſe, & cōſtituto juri ſua cōſtet authoritas: quod indicare voluit Neratius. *Et ideo (ait) rationes eorum quæ conſtituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex iis q̄ certa ſunt ſub-*

Digitized by Google

ſubvertentur. l. 21. de legib. quo de argumento, quia ad antecedentis confirmationem jam dicta ſufficiunt, plura ſuppeditabunt. *Eruditiſſimorum Anton. Maſſæ & Johan. Corra. de exerc. jurisper. & art jur. ſcripta.* transeo ad conſequens, de quo minus addubitaverint ij, qui modum, & ordinem in tractandis, & tradendis diſciplinis cognoverint, quem ore uno ſacrum & quaſi inviolabilem dixerunt, *Definire & dividere*, quo nomine tantopere *Ciceroni* laudatus eſt *Servius Sulpitius*, cui ob egregia in Rempublicam merita S. P. Q. R. interpellante *Tullio* ſtatuam collocavit, quod non ſolum juris ſcientiam, verum eam quoque præterea didiciſſet artem, quæ doceret rem univerſam tribuere in partes, latentem explicare definiēdo, obſcuram explanare interpretando, ambiguā pri-

primum videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua vera & falſa judicarentur, & quæ quibus poſitis eſſent, quæq; non eſſent cõſequentia *Hic enim,* (inquit Cicero) *attulit hanc artem omnium artium maximam* (ex quibus verbis evidenter conſequens, noſtrum ſtabilitur) *quaſi lucem, ad ea quæ confuſè ab aliis aut reſpondebantur, aut agebantur.*

Secundo, ſi in jure civili perfectæ definitiones dari nõ poſſunt, ſequitur quod nullo modo ſcientia dici poſſit, at ſcientiam eſſe conſtat. cum ex Lege, tum ratione, lex eſt, in §. *1. Inſtit. de Iuſt. & Iur. l. 10. ff. eod.* ratio eſt, quia certam rei per cauſas cognitionem continet, quæ eſt ſcientiæ definitio Ariſtotelica 1. Analytic. poſterior: *Chaſſan. in d. p. 10. conſid. 18. verſ. & primo non obſtat. Coraſ. part. 1. c. 14. de jur. civ. in art. redigend.* 12.

con-

conſequentiæ ꝓbatio talis eſt, quoniam ubi nõ eſt vera & perfecta demonſtratio, nõ poterit eſſe ſcientia, nam ut *Ariſt.1.poſterior* inquit, *ſcientia eſt illorũ quorum eſt demonſtratio.* quo pertinet ejusdem lib. 6. Ethic. ſententia, *non ſufficit, ait, ad ſcientiam alicujus, ut ſciat in univerſali & confusè, ſed oportet ſcire determinatè & diſtinctè.* In demonſtratione autem medium eſt definitio. *Teſte Ariſt.2. poſterior.* atq; in eo omnes ejus interpretes convenire, inquit *Cagnoll. in d.l. omnis definitio,* & per conſequens definitionum uſu, tanquam medio ad demonſtrationem neceſſario, negato, negabitur per ſummam vanitatem demonſtratio & ſcientia.

Tertio, ubicunq; definitionum uſus negatur, conſequenter ibidem rationis uſum negari verbis *Ciceronis* potius, quam meis confirmare

velim,

velim, is ergo ſic. *1. offi.* ſcribit. *Omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re, inſtitutio debet à definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit, id, de quo diſputetur*, hoc vero ſtatuere, perquã alieniſſimum erit ab ea arte, quę magna ſui parte ex ratione ꝑpetua, & ſempiterna deducta eſt. Pertinet huc generalis regula Ariſtotel. 1. Rhetor. *ſine cauſa & ratione impoſſibile eſt aliquid eſſe vel fieri.* Ergo & illud.

Quartò, id exemplis veterum JCtorum ſolari luce evidentius probatur, Et quidem primo *Labeonis* principis ſectæ Proculianæ, qui juris quidẽ civilis, (ut *Gell. 13. noct. atticar. 10.* ait) diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de jure publicè reſponſitavit: Cæterarum tamen artium non expers fuit, quin in grammaticam & dialecticã litterasq; antiquiores eousq; penetravit, 13

ut.

ut earum ſubſidio ad enodandos juris laqueos uteretur, & quemadmodum noſter *Pomponius* loquitur *in l. 2. §. poſthunc maximæ. de Orig. jur.* plurima innovaret. Exempla inter cætera duo ſunt illuſtria unum eſt, *in l. Depoſiti. 5. §. fin. & l. 6. ff. de pecul.* Tubero peculium definivit (ut *Celſ. libro ſexto Digeſtorum* ſcribit) quod ſervus domini permiſſu ſeparatum à rationibus dominicis habet, deducto indè, ſi quid domino debetur, refert autem *Cajus lib. 1.* Digeſt. *Labeonem* hanc *Tuberonis* definitionem ut vitioſam & nimis anguſtam reprehendiſſe, quoniam ad vicariorum peculia, hoc eſt, eorum qui ordinariis ſervis ſubminiſtrant. *l. 4. in fin. l. 7. §. in peculio. 4. l. 17. ff. de pecul. Jacob. Rævard. 5. varior. 20.* non pertinet, cujus reprehenſionem falſam
14 dicit Cajus, *quoniam eo ipſo, quod dominus*

minus ſervo peculium conſtituit: etiã vicario conſtituiſſe exiſtimandus eſt, alterum eſt in *l.1. §. dolum malum. ff. de dol. mal.* Servius Sulpitius, quem virum benè literatum dixit. *A. Gell. lib.2. noct. attic. cap.10.* & ſuæ ætatis doctiſſimum. *idem 6.cap.12.* & in jure civili principem nominat: *Cicer. in Brut.* dolum malum definierat. *Machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud agitur, aliud ſimulatur.*

Labeo vero:

----- *Quem gloria Servi*
Obliqua invidia; ſtimuliſq; agitabat
amaris. Virgil. 11. Æneid.

Poſſe & ſine ſimulatione id agi, ut quis circumveniatur, atque ita anguſtiorem ſuo definito eam *Servii* definitionem ſtatuit, poſſe & itidem ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari, atque ita ut latiorem ſuo

C. defi-

definito eam carpſit, quæ duo vitia ab omni definitione bona quam remotiſſima eſſe debere notiſſimum eſt, quapropter ipſe aliter dolum malùm definivit, uti apparet ex *d.l.1. §.dolum malum.* cujus definitionem receperunt Græci Libro Βασιλ. *10. t.3.* δόλος κακός ἐστι. πανουργία καὶ ἀπάτη, καὶ μηχανὴ πρὸς περιγραφὴν ἑτέρου γινομένη. Uſus fuit *Labeo* ſibi ingenita reprehendendi libertate, quam tantam in ipſo fuiſſe *Sveton. in vita Auguſti c.54.teſtatur*, ut ab *Auguſto* jam principatum obtinente in pleriſque diſſenſerit, nihil ratum penſumque habens, niſi quod juſtum ſanctumq; in Romanis antiquitatibus legiſſet; ne tamen nimium ſibi hac in re indulſerit, & ex *Servii* reprehenſione gloriolam aliquam iniquè captaverit vereor: nã

& in

& in primis *Gall. Aquil.* (quē *Cicer. 3. offic.* hominē peritū definiēdi nominat) ſic ante *Serviū* dolum malū definierat, nec veroſimile eſt *Servium Sulpitiū*, quē ſupra à peritia definiēdi ex *Ciceronis* teſtimonio laudavimus, uſq; adeo ſui oblitū fuiſſe, ut q; in pueris reprehendendū eſt, ipſe talis ac tantus definitionū artifex incurreret. quin & eadē *Servii* definitio à *Pædio* referente & probāte *Ulpiano* recepta eſt. *l. 7. §. dolo malo. ff. de pact.* nec inducor ut credam ab *Ulpiano* eam rejectam eſſe *in d. l. 1. §. dolū malum*, quamvis in vulgus cōtraria ſparſa ſit ſententia *uti rectè ſentiunt Cagnol. ad d. l. omnis definitio. Donell. 15. comment. 40. Marquard. Freher. 2. γαρεργ. 7.* quod & tanto dicēdum magis, quanto majore ſtudio enitendum, ut veterum in unum

coadunatæ ſententiæ harmonicam conſonantiam referant, quod hîc fiet, ſi Ulpianum Labeonis reprehenſionis ſummam referre, *in d.l.1.§.dolum*, non etiam probare dixerimus. probare vero definitionem utriusque, & *Servii* ſcilicet, ut apparet *ex d.l.7.§.dolo malo* & Labeonis, ut conſtat *ex d.l.1.§.dolum malum*, quod etſi pluribus oſtendere poſſem, vereor
15 tamen ne ſi facerem, Epicos imitari viderer, quorum proprium & peculiare eſt longis admodum epiſodiis, & digreſſionibus uti, quo in amplã magnitudinem opus excreſcat. *referente Naſcimb. Naſcimbenio in pr. lib. 4. Æneid.* ſufficiunt quæ dicta ſunt ad probandum id, quod in quæſtione eſt, *Labeonem* ſcilicet, definitionum admodum curioſum fuiſſe.
16 quid de *Ulpiano* JCto Nobiliſſ. *l. diximus 4. in fin. d. excuſat. tutor.* & prudentiſ-

dentiſſimo *l.11.C.d.quæſt.*ſummique ingenii viro *l.unic.§.ne autem hoc.9. C.d.cadus.tollend.* dicam? ejus tam frequētes occurrũt in juris noſtri libris definitiones, ut quam maximè earum ſtudioſum fuiſſe liquido appareat, *l.1.l.10.ff.de Iuſt.& Iur.l.1.de pact.l.1.de procurat,l.3.§.bonorum igitur.ff.de bonor.poſſeſſ.* & in primis id arguit. *L. Fulcinius 7.§.quid ſit autem.4.ff. quib. ex cauſ. in poſſ.eat.* ubi quid latitare ſit definire cupiens, reprehendit *Ciceron.* qui dixerat, *Latitare nihil aliud eſſe quam turpis ſui occultationem*, quoniam poteſt & quis latitare non turpi de cauſa: veluti, qui crudelitatem tyranni timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones, quanquam *Cicero* hac in 17
re (ut mea quidem fert opinio) facilè excuſari poſſit, cum non generaliter omnem latitationem exprimere,

mere, ſed eam ſaltem cujus cauſa ex edicto prætoris bona latitantis poſſideri poſſunt, voluit, uti ex oratione pro *Quinctio*, (eam n. innuit *Vlpiã.*) in confeſſo eſt, in quo ut fraudationis cauſa latitet debitor neceſsũ eſt, *d. l. Fulcinius 7. §. cum hoc edictum. 2, quib. ex cauſ. in poſſeat.* Et ne ſingulos nominando tempus teram, paſſim definitiones obviam ſunt. *l. 2. ff. quod met. cauſ. l. 1. d. uſufruct. L. legatũ 36. ff. de legat. 2. l. 3. ff. de uſucap. L. 1. ff. de furt. l. nihil aliud. 24. ff. de V. Sig.* atq; etiam non quærenti ſæpiſſime ſeſe oſtendunt in quatuor illis inſtitutionũ libris, ut rectè dixerit. Chaſſanæus *in Catalog glor. mund. p. 10. cõſid. 18.* in jure regulas logicorum obſervandas eſſe. Et Nevizan. *1. in Sylva nupt. n. 171.* qui neſcit definire, neſcit diſputare. & Petr. Faber in *d. l. omnis definitio. n. 5. de Reg. Iur.* nihil eſt cur juris

juris potius, quam aliarum diſciplinarum verba aptè definire non queant. Et Corraſ. *d.art.jur.p.1.c.5.* præſertim in dialectica, & Philoſophia, multum operæ juri deſtinatum poſuiſſe opto. & Govean. *de jurisd.lib.2.* Adferat juventus ad hæc ſtudia Dialecticam. Qua in hunc modum cõfirmata ſententia, videamus de argumentis contraſentientium: primum ductum erat ex Authoritate *Ariſtonis Galeni, Iohan. Garroni, Fabri, Charondæ, Duareni, Longovalli,* ad ꝙ ex Plutarcho in Moral. reſpondemus *Non ſic parendũ eſt authorib⁹; quemadmodũ pueri obtemperãt pædagogis, ſed quemadmodũ Cato, qui puer quidem pædagogo jubenti parebat, ſed rogabat quam ob cauſam id juberet: ita fides habenda eſt authoribus, ſi cauſam idoneam reddiderint.* qua eadem reſponſione communi opinioni ſatis-

ſatisfactum eſt, qua traditur, ſufficere in jure ſecundum communiter accidentia definitionem procedere, quæ planè falſa eſt, nam & contra regulam logicorum eſt, quæ vult ut definitio cõvertatur cum ſuo definito, *quam agnoſcunt Cagnol. ad d. l. omnis definitio. de Reg. Iur. Everrard. in Topic. in loco à definit. ad defin. Scrader. p. 10. Section. 7. in tract. Feud. Ferret. in l. 10. n. 4. Cod. d. pact. Corraſ. p. 1. c. 10. d. Iur. in art. redigend.* & nullum ſtatueret inter regulam & definitionem diſcrimen, cum tamen aliud regula, & aliud definitio ſit, ut cuivis patet. *& ideo optimo jure ſeceſſionem ab ea communi ſententia fecerunt Alciat. 6. paradox. 9. Vigl. in d. pr. metit. n. 27. Inſt. de Teſtament. ordinand. & illi quos allegat. Cagnol. d. l. omnis definitio.* Quod vero reſponſum *Jaboleni in d. l. omnis definitio*, attinet,

Digitized by Google

tinet, dicimus *Jabolenum* non propriè definitionem, ſed plurium rerum ſub regula factam traditionem intelligere, quod præter *rubricam*, (q̃ eſt de Regulis Juris à qua deſumptum argumentum eſt probabile, frequens & utile *l. 1. ibi notatur per Bartol. Salicet. Iaſon. Ferret. ff. d. Reb. credit. Nicol. Eueard. in top. à rubro.*) etiã definitionis natura docet, quæ nunquam non poterit ſibi eſſe conſtans & eadem, regula vero ut ſit perpetua, nulla requirit ratio, imo fieri non poteſt, nam cum natura, ut India quondam, novas deproperet edere formas, non facile fuerit ita omnia in univerſum regula aliqua coarctari: quin eadem nova aut data inſtantia, aut exceptione tollatur: quod ſi vero tenaculus verborum regerat *Jabolenum* non de Regula ſed definitione loqui, nec à proprie-

tate verborum facile recedendum eſſe: ei reſponſum velim JCtis, & aliis authoribus non infrequens eſſe, ut definitionē pro regula uſurpent, ut patet. *ex l. ſi Titio. 22. §. 1. ibi definitio Labeonis probanda eſt, ff. quand. dies legator. vel fideicom. & l. mora. 32. ibi difficilis hujus rei definitio, hoc eſt regula, ut poſtea audiemus. ff. d. uſur.* atq; ita definitionem accepit. *Plin. lib. 16. c. 22. de foliis arborum deciduis agens.* Falſa, inquit, definitio eſt, non decidere his, quarum ſuccus pinguior eſt, & *Proſper Aquitanicus in quadam Epiſtol. de liber. arbitrio. Ad defenſionem alicujus definitionis, ait, ea promenda ſunt, quæ alteri intellectui à quo videtur definitio diſſonare, non cedant, & eam regulam, cui aptata ſunt, non deferant,* atq; ita d. l. omnis definitio intellexrunt *Bulg. Accurſ. Petr. Faber, Iac. Revard. ibid. Cujac. Franc.*

in

in le 1.ff.eod. Vigl. Zuichem. ad d. pr. n. 25. inſt. de teſtam. ordinan. Corraſ. p. 1. c. 2. & 10. de jur. civil. in art. redig. Iohan. à Reberter. 1. Topic. 2. de rationibus Cagnolli facilis erit reſponſio. Prima ex rerum & negotiorum multiplicitate extructa fuit, cujus conſecutio parum apud me firma eſt, nam quis unquam dixerit, actionem, ꝓpter varias ejus formas & ſpecies, definiri non poſſe? aut Jurisprudẽtiam non recte, quia circa varios vitæ humanæ caſus occupatur, definitione exprimi? res enim & negotia licet ſunt plurima, tamen reſpectu ſui generis ſunt uniformia, & ſic cõparata, ut facilimè à peritis ei ſubjici poſſint, alteram ex fragilitate intellectus ductam dicimus, eam in hominibus per magnam eſſe, *de propriis rei notis magna quandoque* (inquit M. Cicero) *naſcitur diſſenſio, multa*

enim ſunt quæ differentias eſſentiales non habent, vel ſi habeant, non noſcuntur, quapropter ſæpè deſcriptionib⁹ utendum eſt, quæ craſſius, rudius, & verboſius rem exprimunt, nec quid ſit res, ut definitiones, ſed qualis ſit, velut inſpiciendam ante oculos ponunt, *ut loquitur Nicol. Everard. in loco à definitione n. 4. Corras. p. 1. c. 10. de jur. civil. in art. redig.* at non uſque eò ea extendenda erit, ut propter eã omnem definitionis uſum ex jure noſtro rejiciamus. Tertia coincidit cum prima quapropter ex ejusdem reſponſione dependet. Quod vero ad inſtar *Varronis* JCtos in definiẽdo parum ſolicitos fuiſſe dictum fuit, ſatis ſuperque ſuperius nu. 13. refutatum eſt. Ultimo loco objectum argumentum continet fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictũ ſimpliciter, quod enim in majore dictũ

eſt,

Digitized by Google

eſt, leges ſubtilitatem averſari, non
ſimpliciter verum eſt, ſed eatenus,
quatenus ſub earum autoritate per-
nicioſè erratur, ut loquitur, *d. l. ſi
Servum 91. §. ſequitur. de V. O.* non
quatenus ad veri inveſtigationem
pertinent, ut in definitionibus con-
tingit. Supereſt nunc moræ defini-
tio quam noſtri duce *Accurſio* im-
poſſibilem dixerunt. *Bartol. in Inſt.
de oblig. quæ ex quaſi delict. quem re-
fert & ſequitur Hieronym. Butigell. in
l. quod te num. 1. de reb. credit. Peck. in
c. mora. num. 1. de Reg. Jur. in 6.* quod
ne aliud quaſi agendo ipſis excidiſſe
dici poſſit, rationes in prōptu ſunt,
quibus pellecti in eam ſententiam
id ſtatuant. Et primo quidem, in- 20
quiunt, ſi definitio ſit oratio, qua, ꝗd
res ſit, explicatur, ut *Rudolph. Agric.*
voluit & poſt eum *Petr. Ram.* vel
qua eſſentia rei exprimitur, ut alii

putant & ex noſtris *Baldus. in l. maximũ vitiũ. C. de liber. præter. ſcripſit,* conſequens eſt, quod explicari nequit, cujusque eſſentia exprimi non poteſt, nec definiri poſſe. De mora autẽ illud verũ eſſe conſtat ex eo, ꝙ D. Pius T. Balbo reſcripſerit, *An mora facta ſit, inquit, neque constitutione, ulla neq; juris autorũ quæſtione decidi poſſe. d. l. mora. 32. d. uſur.* mora igitur definiri non poterit. 2. Quæ difficilia ſunt impoſſibilibus annumerantur. *teſte Ariſtot. 5. metaph. l. ſi familiæ. 55. ibi; tam difficilis ſit ut pene impoſſibilis eſſe videatur. ff. famil. erciſc. l. Nepos Proculo d. V. S. l. cum in plures. 60. §. veſtimenta. verſ. impoſſibile ibid. gl. ff. locat. l. 2. ff. de his qui dejec. vel effud. l. cum aliis. 6. verſ. impoſſibile. ibid. gl. C. de curator. furioſ. c. brevi ext. de jurejur.* & poſſe non dicimur, quod poſſumus cum difficultate. *gl. in §.*

pœna-

pænales.Inſt.de action.Tiber.Decian.2 conſil.39.n.126. Menoch.5. arbit. Iud. quæſt. Caſ.421.nu.69. & difficilia nimis ſunt extra humanam naturam. *Bald.in c.cum acceſſiſſet de conſtitut. Neviz.lib.1.n.120.in Syl.nupt.* Moræ autem definitio ut *Pomponius lib.12. Epiſtolar.* ſcripſit, difficilis eſt, *d.l.mora 32.* per conſequens & impoſſibilis, quam conſequentiam nectit *poſt gloſſam.verſ.difficilis &c. Hieron.Butigell.in l.quod te.num.1.de reb.credit.* 5. Ea quæ facti ſunt non poſſunt definiri, cum eorum ſcientia etiã prudentiſſimos fallere ſoleat. *l.2.de jur. & fact.ignor. Tiber. Decian. 3.conſil. 14.n.75.* neq; ullus juris ſcientiæ in iis locus, ut *Cicero* teſtatur, ſit. Proinde nec JCti de facti quæſtionibus, nec magiſtratus, nec principes olim reſpondere ſolebant, *l.non ſtatim.ff.ad l.Faviam.de plagiar.l.eum*

quem.

quem. ff. de judic. l. Seja. §. f. de inſtrument. legat. Franciſc. Duaren. 1. diſput. anniverſ. 41. Mora autem magis facti quam juris eſt. *d. l. mora. 32. in pr. de uſur.* Ergo. quo argumento uſi ſunt. *Johan. d. Prato. n. 2. Decius in l. quod te. n. 6. ff. ſi cert. pet. Iohan. Antō. Rubeus in l. vinum. num. 1. de reb. credit. Petr. Peckius in c. mora 25. nu. 1. d. R. I. in 6.*
21 4. Magnopere urgent, ne curioſiores in definitione excogitanda ſimus, quod vix etiamnum definitio prolata ſit, quæ non ſubtili ratione enervari poſſit. Dedit unam *Accurſius ad d. l. mora. 32. in difficilis*, quæ definitio, *vera quidem eſt inquit* Ferrar. ad l. nulla. 89. de R. J. *Sed diſcincta propè atq; à nimium curioſo ad centonum ſimilitudinem non magno artificio facta.* Improbarunt eam *Odofred. Arena, Ferret. nu. 10. d. mora. Romuleus in compend. mora num. 2.*
Michaël

Michaël Graß.lib.2.commun.opin.c. 1.de mora.q.1. Aliam protulit. *Salic. in l.ſemel mora.ff.ſolut.matrim.* quam probant *Iohan. Rubeus in l.vinum.n. 186.de reb.credit. Ferrar. ad d.l. nulla 89.de Reg. Iuris.* recepit & ante eos. *Socin. in l.quæ.in pr.ff.ſi cert.petat.* Et talis eſt. *Mora eſt debiti vel crediti recipiendi à jure improbata & punita dilatio.* Verum improbatur. *Iacobo de Nigris in l.ſi inſulam.num.10.ff.de V.O. Bartolom. Romuleo. in d. compend. num. 5.* quia poteſt eſſe debiti recipiendi à jure improbata,& punita dilatio, quæ tamen moram non incurrit, caſus eſt *in §.hodie. Inſt. de except.* Nam ſi creditor petat plus tempore, duplicantur juduciæ, Eſt ergò à jure improbata, & punita dilatio, in odium plus petentis, quæ tamen moræ nomen haud merebitur. Protulit quoque ante hos non

minus

minus vitioſam. *Alberic. in lexico. ver. Mora, teſte Michaël Graß. d. q. 1.* à qua non multum abeſt illa *Odofredi* quam habet *Ferret. d. num. 9.* vitii ſumma in eo eſt, quod ſaltem morã debitoris propoſuerint, cum tamen & creditor, ut ex poſt dicendis conſtabit, non minus quam debitor non recipiendo moram incurrat: quod quoque animadvertit. *Iohan. Anton. Rubeus in l. vinum. n. 14. ff. de reb. credit.* Quin nec recentiores hac in parte feliciores reperiuntur. *Frãciſc. Hottom. in tract. de mora,* definit moram *eſſe culpam prætermittendi officii in ſolvendo, recipiẽdove debito quæ alteri damnoſa eſt,* non rectè, quoniã genus ab ipſo propoſitũ auguſt⁹ eſt, quã ut omni morę convenire poſſit, Quia & qui ſervum promiſſum dolo interficit, moram quidem incurrit, attamen plus quam culpam admittit.

mittit. *l. mora. 32. §. f. ff. de uſur. l. mora 88. ff. de V. O.* Eodem vitio ſuccincta moræ definitio tradita *à Forcat. in pr. tract. de mora premitur.* Laborat & Cujacii *in parat. de uſur.* Nec etiã *Romulei in d. compendio d. mora. n. 7.* ſatis perfecta eſt, *Mora eſt*, inquit, *rei debitæ vel creditæ per interpellationem legitimã hominis, vel legis, vel per lapſum diei, ab adulto facta dilatio. vel cõtumacia ſeu negligentia*, Propterea quia definitio rem ipſam nõ modos rei ꝓponere debet; exempli gratia, pactum ſit tacitè, data cautione, ſit etiam nominatim verbis expreſſis, neq; tamen hos modos definitioni pacti incluſit. *ICtus. in l. 5. de pact.* Atque hanc noſtrorum conflictationẽ animadvertens non incelebris Ferret. d. n. 10. *Rectius inquit. feciſſent noſtri ſi ſuſtinuiſſent perſonam ſuam h. e. interpretũ, contenti intelligẽtia verbi,*

cujus

cuius definitio non de nihilo omiſſa eſt à Jureconſulto in cujus ſententiam concedens *Hugo Donell. in tract. d. mora. c. 1. Itaq; non ſubtili (ait) aliqua aut recondita ratione in hac re opus eſt ad definitionem, ſed ſatis eſt vim verbi percepiſſe.* & Petrus Peckius *in c. mora. 25. n. 1. de R. I. in 6. neſcio quid ſit quod noſtri tanta definitionum diſparitate moram hanc deſcribere conantur, quod nec ipſe Jureconſultus auſus fuit facere.* Cæterum ut maximè alicujus pretii ea videntur eſſe, mecum tamen cognoſcite, num inſequenti
22 modo mora definiri poſſit, UT SIT FRUSTRATIO OPORTUNE NON RECIPIENTIS, VEL OFFERENTIS DEBITUM. Dixi fruſtrationem eſſe idque ex authoritate Papiniani *in l. 3. §. f. ff. de uſur.* Africani *in l. 38. ff. mandat.* Martiani *in l. 89. ad l. Falcid.* & ex eo, quod ſciam plura fruſtrationem ſuo ambitu,

bitu, quod generis proprium eſt, cõtinere, *l.24.l.25.ff.ex quib.cauſ.maj. l.4.de appellat.recip. l.2.§.quod ſi pater.ad SCtum Tertyll.l.penult.& ibid. gl.ſingularis ff.de vi & vi armat.* notat & alia ad hanc rem ſpectantia. *Briſſon. lib. 6. d. V.S. verb. fruſtrari.* Unde & latii optimi incolæ fruſtrationis verbo quamvis deceptionem intelligunt. *Cic. ad C. Planc. lib. 10. epiſtol. Tanto majorem inquit, his fruſtratio dolorem attulit.* Terentius in Adelph. *Satis nos tua fruſtrata eſt fides*, & Columella lib. 11. de re ruſt. c.1. *nullum ſupplicium gravius quam fruſtrationem cupiditatis exiſtimat.* nec oberit licet rem ſcrupuloſius exagitare volueris, & in me retorquere. *d.l.3.§.f.l.38.l.89.* quaſi fruſtratio moræ conglutinata, cum ea confundatur, nec aliud quid præter moram ſignificet, quoniam hæc cõfuſio

fuſio non ut rerum ſaltem eadem ſignificantium, ſed ut generis & ſpeciei cenſeri debet, quod ut in aliis diſciplinis frequentiſſimũ eſt, ſic & in jure (ut exemplo adoptionis, cognationis, depoſiti & ſimilium ꝓbari poteſt) paſſim obvium; ita ut omnẽ quidẽ moram fruſtrationẽ eſſe admittamus, ſed non tamen omnem fruſtrationem moram eſſe concedamꝰ. Addidi, OPORTUNE, quod nominatim requirit. *ICtus in d. l. mora 32. de uſur.* & pluribus c. 5. explicabitur. Subjeci NON OFFFRENTIS VEL RECIPIENTIS DEBITUM: ut intelligamus tam creditorem, quam debitorem moram contrahere poſſe, hunc moroſè non offerendo, illum cervicosè faſtuq; divite non recipiendo; utrũque illud dependet ex æquitatis illa regula, *ne ſc. ſua cuiquam proſit mora l. hominem 38. ff. mandat. l. 1. de except. dol.*

Digitized by Google

dol.l.134.§.2.de R.I. Si enim credito-ri debitum oportunè oblatum recu-ſare promiſcuè concederetur, ma-gno ſanè id cum incommodo debi-toris fieret, qui & uſuras & periculũ rei, licet invitus, præſtare compelle-retur, quin ſi paulo liberaliorem finxeris hominem.

Qui non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, ſed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas. Claud. in Prob. Paneg.

In proclivi erit, ut nummos, quos nunc in promptu habet, expendat, & poſtmodum nõ niſi ſumma cum difficultate, cui creditoris facto ſubjicitur, eoſdem ab aliis, quoties creditori viſum fuerit, conquirat. *contra c. mutare conſilium. 33. de Reg. Iur. in 6.* Sic per contrarium ſi debitori impu-

impunè morari permiſeris, quid unquam iniquius, & creditori acerbius contingere poſſet, quam ſuum ſibi officium damno, & incommodo cedere. *l.7.ff. quemadmod. teſtam. aper. l. ſi ſervus. §. quod vero. 5. ff. de furt. Tiber. Decian. 3. conſil. 66. num. 48.* Ipſumq; numis propriis nudatum, animam per egeſtatem trahere: debitorem autem alienis ferocientem in contemptum ipſius ſpiritus altos gerere, quo ſane poſito nemo inveniretur, ut maximè *Alexandrum Macedonem* ingentis ſpiritus terrarum principem referat, quem inter alia, quibus eum natura dotatum cælo quodammodo inſerverat, magna ſua gloria prædicare ſolitum legimus, à nemine ſe unquam benignitate ſuperatum fuiſſe, *Cæl. Roding. lib. 7. antiq. lection. 78.* qui egenorum neceſſitatibus unquam ſubvenire ani-

animum poſſet inducere ſuũ. Quare ut legibus, ita & definitione noſtra, utriuſque mora complecti, & puniri debuit. Neque quicquam rationes dubitandi ſuperius prolatæ momenti habent, modo quid ſibi velit. *d. l. mora 32. de uſur.* (quæ non ſecus objectionum, ac quondam ille Trojanis fatalis equus hominum armatorum ferax eſt) intellexerimus. 23
Sciendum itaque ſic obſervari apud Romanos ſolitum, ut quoties res exigeret, fori quædam inſtitueretur diſputatio JCtis ſimul congregatis, eaque fori diſputatione jus quoddam communi prudentum definitione in unum coadunari conſveviſſe, quod jus communi nomine appellabatur, *recepta ſententia regula juris, definitio*, non quod regulæ vel definitiones jus conſtituerent novum, ut malè ſentit *Iacob. Ravard.*

Digitized by Google

ad l.1.d.R.I. Sed ex jure quod in foro receptum, nondum tamen aliquo ſcripto comprehenſum, atque concluſum erat colligebantur. *l.1.de R.I.* Cujus generis definitiones & juris regulæ in legibus frequentiſſimæ ſunt. *§.ex quibusdam tamen cauſis. 7. Inſt.de oblig.quam quaſi ex del. naſ. §. ſi res aliena.6.Inſt.de legat. l. 1. de Reg. Catonian.l.13.§.regula de liber & poſthum. & ſimil.Hotto.2. obſerv.18.* Ratio hujus (ut opinior) inſtituti à prudentiſſimis viris tracta eſt, *ex Ariſto-*
24 *telis.1.Rhetor.* monitu, qui quam minimum judicis arbitrio committendum eſſe, voluit, ſed ſingula legibus & juris regulis, quæ omnibus æquali lance jus diſtribuunt, quantum fieri poteſt innectenda & tradenda eſſe. Magnæ autem artis, magnique ingenii erat, jus quod ſine ſcripto in foro veluti vagabatur in pauca

con-

conjicere, & breve cogere. *Franc. Balduin.ad Reg.Catoniã.* quod rectè videor mihi colligere ex formulis illis JCtis noſtris uſitatis, Poſt magnas varietates obtinuit. *in l.cum ex uno.32.de oblig.& action.* Receptum eſt propter publicam utilitatẽ. *l.8.depoſiti.* Quinimò plurima prorſus regula aliqua concludi non poterant, ut quæ facti quæſtionẽ magis, quã juris haberent, in quibus ſolertis judicis ſeſe exercere judiciũ legibus jubetur *l. ordine. 15. ad municip.l.utrum.48.de donat.int vir. & uxor.* ut n. Chameleon Africus colorẽ ſubinde mutat, ita facta circumſtantiarum intuitu aliter atq; aliter ſeſe habere poſſunt, ut de iis jus, quod certum & finitum eſſet debet, conſtitui non poſſit *l.2.d.Iur.& fact. ignor.* Ex quibus, ut opinor,

Digitized by Google

cuivis in promptu erit dijudicare, quid ſibi velit Pomponius, *difficilem moræ definitionem apud Martianum reſpondens*, & D. Pius, *an mora facta ſit, nulla conſtitutione, aut juris authorum quæſtione decidi poſſe, reſcribens*, non enim de moræ definitione logica, ſed artificioſa veterum regula intelligi debet, quod præter inſcriptionem *d.l.mora 32*. (eſt n. ex *Martiani libro 4. regularum* deſumpta) verbis ejusdem manifeſtè convincitur. *Mora inquit fieri intelligitur.* & paulo poſt, *an mora facta intelligatur*, definitio autem non inquirit, an res ſit, ſed quid ſit, atque hujus interpretationis invicta vi trium priorum argumentorum imbecillitas oſtenditur. Quod vero ultimum objectum, quo Doctorum concertatio circa definitionem continetur, attinet, quorum alter alterum.

Comi-

Digitized by Google

Ovid. 3. Metamor.

Cominus enſe ferit, jaculo cadit eminus ipſe
Hic quoque qui dederat læto, non longius illo
Vivit, & expirat modo quas acceperit auras,
Exēploq; pari furit omnis turba, ſuoq; Marte cadit,

Nihil aliud reſpondeo, quam me eam non attendere; quid enim ad nos licet plurimi moram definire voluerint, nec id aſſecuti ſint? vel, q; pejus eſt, aliis propter difficultatem de ea deſperarint? magnificum n. ducimus vel *Jovi* fulmen eripere, vel clavā extorquere de manu *Herculis*. Cujus rei cauſam ſuſtinet *Accurſius*, qui definitionum inſolens cum eſſet, nec ejus tamen retardaretur etiam de incognitis pronunciādi libertas, reliquis libertatem eri-

puit,& quaſi noctem quandam offudit rei aliquin clariſſimæ, nam qui ipſum inſecuti ſunt, nullo libero judicio ejusmodi ſe aſtrinxerunt neceſſitati, ut quæ ille ſemel pronunciaſſet, tanquã certa & ut Sybillæ folia ſuſpicerent, cujus ſententiã retractare non ſolum à temeritate nõ abeſſe, ſed etiã cum ſcelere putabant conjunctũ. Tantum opinio præjudicata potuit, ut etiã ſine ratione valeret authoritas, de quo etſi quã plurima in mentem mihi veniant, quæ me cõmemorare tametſi cauſa poſtulet, tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo, maximè cum non incommoda interpretatione eum, ſi velim, poſſem adjuvare, ut non ipſi ſed ſequacibus ſuccenſendum ſit. *Bartol. Butigell. Peck. Marc. Mantæ ſingul. 311*, qui dictum ejus de impoſſibilitate *in dict. loc. mora. 32. ver. difficilis*,

ſcilis, reſpectu moræ factæ, non etiam definiendæ exaudire dubuerant.

CAPUT III.

Moræ Diviſione.

SUMMARIUM.

1. *Doctores moram aliam eſſe di-dicunt regularem, aliam irregularem.*
2. *An recte? inquiritur.*
3. *De verbis curandum non eſt, ubi de re conſtat.*
4. *Judicia ordinaria, & extraordinaria quomodo diſtinguantur.*

5.6.7.8. *Proponuntur argumenta quatuor contra ſuperiorem diviſionem.*

Digitized by Google

9. *Eadem textibus juris probatur.*

10. 12. 13. *Refelluntur argumenta, quæ diviſionem ſuperiorem impugnare videntur, ubi explicatur, l. nulla 89. de R. I. & de lectione l. 60. pro ſoc. diſquiritur.*

11. *Quomodo accipiendum, quod dixerit* Marcianus: *Moram fieri intelligi non ex re, ſed ex perſona in l. mora 32. de uſur.*

14. *Quando mora ex re, vel perſona contracta dicatur.*

15. *Quomodo mora ex re, & ex perſona inter ſe differant.*

16. *Longa diſputatione oſtenditur* Jacobum Menoch. *non rectè declaratoriam judicis ſenten-*

Digitized by Google

ſententiam in mora ex re conſideraſſe.

DOctorum ingenio excogitata moræ diviſio, alia regularis, alia irregularis perhibetur. *Bald. in l. minorum. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt. Iaſon. in l. quod te. n. 33. de reb. credit. Molin. in tract. d. uſur. qu. 40. Ferret. ad l. 23. in pr. de V. O. Coſtal. in l. mora. in pr. 32. de uſur. Johan. à Reberter. de mora. c. 3. Bartol. Romul. n. 9. de mor. Borch. de V. O. c. 7. nu. 10.* quam, ſi purius & cum JCtis loqui voluiſſent, aliam ex perſona, aliam ex re dixiſſent. *l. mora 32. de uſur. Salicet. in l. ſemel. mora. in pr. ff. ſolut. matrim. Menoch. 2. arbitr. jud. quæſt. 220. n. 5. Charond. 3. veroſim. 10. Ludovic. Maiin. lib. 3. d. act. 14. Ant. Fab. 6. conject. 7.* præſertim cum rectius ordine inverſo, quam ipſi re- 1

2

gularem vocant, irregularem, & irregularem aptius regularem appellaſſent, irregularis quippe mora, juxta regulas & leges, regularis vero, non tam ex legibus quam hominis interpellatione, conſtituitur. Verum quia ut prudenter Quintil. monet. *de verbis ſolicitè curandum non ſit niſi maxima rerum verſentur momenta,* & verba *inventa ſint*, *ceu* Cicero pro Cecinna *loquitur, non quæ impedirēt, ſed quæ indicarent voluntatem*, omiſſa hac verborum reprehenſione ex noſtrorum conſuetudine, *quæ cum omnium domina rerum, tum maximè verborum eſt Gell. 12. noct. Attic. 13.* moram ex re irregularem, moram vero ex perſona regularem dicamꝰ: ratione verborum ex iis tracta, quæ regulariter JCtus, quando, num mora facta ſit quæritur, tradit *in l. mora 32. de uſur.* quæ in irregulari,

ſeu

ſeu mora ex re obſervari haud ſolẽt, idq; ad exemplũ ordinariorũ, & ex- 4
traordinariorũ judiciorũ, quæ in eo ab invicẽ ſecernũtur, q; in illis regulares & ſolennes præſcriptæ formulæ, in extraordinariis minimè uſurpentur. *l.47. de neg.geſt. §.ult.Inſt.de interdict.* quo libẽtius utor, quia noſtri ad inſtar judiciorum regularem vocarunt ordinariã, irregularẽ vero extraordinariã *Bald. in l. mora. de uſur. Ferret. in d.l.23.ff. d. Verb. Oblig. Borchold.d.c.7.n.10.* Exploſa eorum ſententia, qui putarunt aliã eſſe morã ordinariã, aliam extraordinariam, aliam regularem, aliam irregularẽ, ſunt enim hæc Synonima voceſque eadem ſignificantes, quę nõ poſſunt ſpecierum diverſitatem inducere. *Iohan. à Rebert.c.3. d.mor. Borch.d.n.10.* Quæ tamen ſic poſita ſententia in ſequẽtes incidit difficultates 1. Eſt

Digitized by Google

5 enim celebratiſſima & paſſim decã-
tari ſolita juris regula, nullã ibi mo-
ram fieri, ubi nulla petitio eſt. *l. nulla*
89. de Reg. Jur. hoc eſt, ut nonnulli
explicant, ubi nulla interpellatio
eſt, quorum expoſitioni adſtipula-
tur *Paul. 3. ſentent. ultimo. mora ait vi-*
detur fieri, cum poſtulanti non datur.
Mora autem irregularis vel ex re, et-
jamſi nullus petitor adſit, lapſu greſ-
ſuque temporis tacito introducitur,
& conſtituitur: & per conſequens ea
6 mora recte dici nequit. 2. Id vel ma-
xime probat, quod *Martian. in d. l.*
32. de uſur. ſcriptum reliquit. *Mora,*
inquit, fieri intelligitur non ex re ſed ex
perſona, nulla igitur mora ex re eſt.
7 3. Si venditor rem venditam tradi-
derit pretio non recepto, actione ex
vendito non modo pretium, ſed et-
jam uſuras conſequitur: quia ex re
mora commiſſa eſt. *l. 3. C. in quibus.*
cauſ.

cauſ.integ.reſtit.neceſſ. non eſt. l. 5. C. de action.emt. Verum ut evidenter conſtat, ex *l. fructus 13. C. de action. empt.* uſque adeo languida & momenti exigui reputatur, ut non niſi valdè impropriè eo nomine appellari poſſit: Unde & verbis improprietatem denotantibus utitur. *d. l. 13. Venditor quoque, ait, pretium tantum ac ſi mora interceſſiſſe probetur, &c.* Mora ſi quę ex re eſt, interceſſit, fundus enim traditus eſt, traditio autẽ fundi moræ irregularis in contractibus bonæ fidei procreatrix eſt, *d. l. 3. & l. 5.* nihilominus tamen ut ignobilior moræ titulo inſigniri nequit, quinimò expreſſe pro non mora habetur. *in d. l. 5. C. de act. empt.* quæ eandem fundi ſcilicet traditi ſpeciẽ proponit, in qua, ut in ſequenti capite explicabitur, mora ex re intervenit, qua enim ratione aliter uſuræ

peterentur? non igitur rectè adhuc
8 moram ex re eſſe dicemus. 4. Si mora ex re mora eſt, conſequenter quod generi tributum eſt, & ei tribui debet. *argum. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. in fraudem. §. final. ff. de teſtament. milit. l. 1. §. quod autem. ff. de aleator. l. cum lege. ff. de teſtament.* nam à quo removetur proprietas generis, ut ab eodem ſpecies omnes removeantur logicum eſt. *d. l. 1. §. quod autem. l. ſi cauſa cognita, juncta gloſſ. in verb. perimiſti, quam ibi ſequitur Bartol. C. de transact. l. 1. in fin. ibid. gloſſ. de ſuis & legitim. l. fund. in fin. junct. gloſſ. ff. de fund. inſtruct.* Moræ autem in genere hęc tributa eſt proprietas, & eam perpetuus tanquam effectus ſubſequitur, ut uſuræ, quæ propter moram ſemel debentur, ſemper debeantur, utque ſemel contracta obligationem perpetuet.

Digitized by Google

petuet. *l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur. 3. de Verbor. Obligat.* id autem de mora irregulari dici nequit, *propter l. Titia Sejo. 87. §. 1. ff. de legat. 2.* Ubi puellæ 25. annis minori centum legata proponuntur, cui quidem, citra interpellationem uſuræ currunt, donec in minorenni conſtituta eſt ætate: verum ſimul atque 25. compleverit annum, deſinunt currere, atque ita ſemel contracta mora expirat, & uſurarum curſus ſiſtitur, nec rurſum niſi per interpellationem reviviſcit: quod eſt contra naturam moræ, quæ tenax uſque adeo eſt digitisque compreſſis, & arctis vagatur, ut ſemel ſibi jus quæſitum adimi non patiatur. Jis tamen non attentis cum *Impp. Diocletian. & Max.* reſcripſerint re ipſa
moram fieri. *l. 3. C. in quib. cauſ. in i-* 9
mag. reſtit. neceſſ. non ſit. & iidẽ conſtitu-

ſtituerint, in rem moram factam eſſe, *l. final. C. d. condict. ob turp. cauſ.* & Ulpianus dixerit, in rem moram fieri, *l. ſi tamen. 5. ff. de minor.* & in rem moram factam videri, *l. cum vero 26 §. apparet. 1. ff. de fideicommiß. libert.* & reipſa mora ſubſequi poſſit. *l. ſi qs ita. 3 §. idem dicendum. de adimend. legat.* & aliquando in rem moram eſſe decerni ſoleat, *l. ſed etſi 23. §. 1. de uſur.* omninò eam retinere ſatius erit, nihil planè obſtantibus jam recitatis objectionibus. Non quidem prima, quia & in irregulari mora petitio eſt, licet non hominis, attamen temporis, quod æquè minaci voce vultuque torvo, ut homo, debitorē compellit. *arg. L. legis virtus 7. ff. de legib. l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul.* quamquam nec *d. l. nulla. 89. de Reg. Iur.* commode, ut putatur, de interpellatione accipi poſſit. Nam

Digitized by Google

Nam ſi inſcriptionibus legum,& earum conjunctionibus aliquid tribuimus,in confeſſo eſt eam deſumptã eſſe ex libro 5. Quæſtionum *Scævolæ* ex quo eodem ſumpta eſt, *l. ſi pupillus 127. d. V. O.* in qua totidem verbis,eandem adfert *Scævola*,ut ſic priorem, ex poſteriore tanquam pleniore, interpretari conveniat. Proponit autem *Scævola* eam facti ſpeciem,in qua pupillus ſine tutoris autoritate Stichum Kalendis promiſit: & ejus nomine fidejuſſorem dedit,pupillus Servum Kalendis nõ ſolvit, atq; ita moram, quam ſic abuſivè,pro ceſſatione nõ culpata nominat *Scævola*,committit, poſt eam Servus decedit,quæritur an fidejuſſor, propter pupilli moram obligatus ſit? reſpondet quod non, ea ratione,*quia nulla ibi intelligitur mora fieri,ubi nulla petitio eſt*, quæ non ſic expli-

explicanda eſt, quaſi propterea moræ reus haud dici poſſit pupillus, qa non interpellatus eſt, imò interpellatum eſſe neceſſum ſtatuamus, vel temporis lapſu, vel creditoris voce, aliàs enim non rectè moram, hoc eſt, ceſſationem, commiſiſſe dici poſſet, ſed quia nulla adverſus eum efficax eſt petitio, paratam enim habet, ut jus eſt in omni naturali obligatione, exceptionem, quia intentionem actoris elidat, non autem *ut Paulus ait in l. lecta. verſ. non enim. ff. de reb. credit.* in mora is dici poteſt, à quo pecunia propter exceptionem peti non poteſt. *c. non eſt in mora. de Regul. Iur. in 6.* qua ratione nihil intereſt, utrum quis ipſo jure non habeat actionem, vel habeat eam, quæ poſſet per exceptioné excludi *l. nihil inteeſt. 112. de Reg. Iur. l. ſi fundo. 53. in fin. de eviction. l. 7. §. ſi ſervus*

vus pactionis. 8. ff. de dol. mal. Dyn. in d.c. non eſt in mora. de R. I. in 6. Decius, Faber & alii ad d. l. nihil intereſt de R. I. Non etiam ſecunda, quoniam non negat *d. l. mora. 32.* ex re moram contrahi, ſed oſtendit differentiam moræ ex re & ex perſona, tum ſcilicet moram ex perſona contractam, non etiam ex re intelligi, ſi interpellatus oportuno loco, & tempore non ſolverit, quin ſi quorundam dogma, & præſertim noſtri *Hopperi Friſii* acceptemus, non ſolum præceptorum univerſalium, verum legis ad legem aptam cohærentiam ſtatuentis, quanto magis concedendum mihi erit, lacera & varios in locos disjecta membra unius *Martiani* colligere, atque ex iisdem conſonantiam ejusdem oſtendere. Quare cum inſcriptionum beneficio clariſſimè conſtet. 11

l. ſi

l.ſi quis rogatus.53.& l.ſed etſi.55.(cujus inſcriptio in vulgatis codicibus malè ita concepta eſt, *Neratius libro 4.regular.*rectè in Florentinis & Haloandrinis. *Martianus lib. 4.* nec enim ullibi veſtigium libri. 4. regularum Neratii, præterquam *in l.2.ff.de servit.ruſtic.prædior.* extat, & ut apparet. *ex d.l.ſi quis rogatus.53. Martiani hæc propria fuit tractatio*)*ff.de fideicommiſſ.libert.l.f.ff.de recept.arbit.* ejusdem Martiani & libri eſſe, cujus eſt, *d.l.mora.32.ff.de uſur.* non vero abſimilis conjectura oritur, Martianum libro regularum quarto morá aliquanto plenius pertractaſſe, probat *id l.5.d. in litem jurand.* & differentiam utriusque moræ exemplis propoſitis illuſtraſſe, quemadmodũ evidenter exemplum moræ ex re eſt, *in d.l.53.& l.55.*loquuntur enim de fideicommiſſaria libertate, cui mora

mora facta eſt, eam autem in rem eſſe oſtendit. *Vlpian.in l.cum vero.§. 1.de fideicommiſ.libert.* Sic aliud ejusdem moræ ex re exemplum eſt, *in l. final.ff.de recept.arb.* arbiter Kalendis futuris juſſit pecuniam debitam ſolvi, non ſolvit Kalendis debitor, atq; ita moram ex re contrahit. *l. magnā. C.de contrah. & committ.ſtipul. l. ad diem.77.de V.O.l.2. C.de jur. Emph.* nec leviter credo, quin locum primum moræ ex re dederit, idq; neſcio quomodo *d. l. mora.32.de uſur.* ex abrupto incipiens oratio ſuadet, atque his ſic obſervatis, in confeſſo eſt, *Martianum* non ſolum moram ex re pro mora habuiſſe, verum etiam exemplis egregiè illuſtraſſe. Non quoque tertia, Nam etſi collatione facta inter moram ex re & ex perſona, hæc illam non ſecus, ac heſperus minores ſtellas, obſcuret: & lumi-
nibus

Digitized by Google

nibus quaſi obſtruat, ita ut ejus intuitu per excellentiam ſæpius mora ex perſona ſola pro mora habeatur, illa vero, quę ex re oritur, hoc nomine non honoretur, quod præter. *d.l.5.C.de act.empt.& l.13.C.eod.* vel maximè probatur. *l.1.§.1.ff. de uſur. in qua ſocius communem pecuniam invadens, vel in uſus ſuos convertens uſuras præſtat, etiam mora non interveniente.* At qua ratione uſuræ deberi poſſunt, ſi morã interveniſſe negaverimus? cũ noti juris ſit, in bonæ fidei cõtractib⁹, ut eſt ſocietas, uſuras non rectè niſi vel ex conventione, vel mora peti. *l, is qui negocia. §.1.ff. mandat.l.10.C.de pact.l.4.C.de uſur.l. cum quidam.§.ſi pupillo.de uſur.* Cõventio autem in ſpecie. *d.l.1.§.1.* nulla interpoſita eſt, relinquitur itaque ex ſola mora uſuras, quas JCtus deberi ſtatuit, præſtandas eſſe, ex moræ

in-

Digitized by Google

inquam, irregulari ſeu ex re, non etjam ex mora regulari ſeu ex perſona, nam etiamſi mora hæc nõ intervenerit, nihilominus uſuras ſocius præſtabit, quemadmodum in hoc ipſo caſu reſpondit *Pompon.* in *l. ſocium 60. in pr. ff. pro ſocio. Socium* (*inquit*) *qui in eo quod ex ſocietate lucri fecerit reddendo moram adhibuit, cũ ea* non ignoro *Jacob. Cujac. 13. obſ. 15.* adjecta disjunctione ſic legere *aut cum ea*, qui forſan Græcorum authoritate motus eſt, illi enim lib. Baſilic. 12. tit. 1. c. 54. folio (mihi) 151. d. l. ſocium, ſic explicat: *τῦ κέρδυς ὁ κοινωνὸς ὐ δίδωσι τόκον, εἰ μὴ ἀπὸ ὑπερθέσεως καὶ συγχωρήσεως.* & eo quod paulo poſt dicat JCtus. *Si aut uſus ea pecunia non ſit aut moram non fecerit*, exiſtimaverim tamen, non abſonum fovere ſenſum, ſi vulgatã lectio-

lectionem retinuerimus: modo, quod velim, JCtum ſic exaudiverimus, ipſum moræ commiſſæ exemplum ſubjicere, ut ſit ſenſus, ſocium qui ex communi pecunia lucrifecit, & in reddendo moram adhibeat, quod fit utendo ea pecunia, uſuras præſtare, nam ſi cum *Cujacio* legeremus, impertinens hoc ſequeretur, quaſi is qui pecunia uteretur nõ moram committeret, contra *d.l.1.§.1.& l.3.C.de poſiti.* Hæc enim natura eſt particulæ disjunctivę, ut alium & à præcedente diverſum implicet caſum, adde, quod ſequentia id evincant, nec enim rectè ſaltem ſubjeciſſet, *quod ſocii interſit moram eum non adhibuiſſe*, ſed addere debuerat, *& ea pecunia uſum eſſe*, non obſtat verſiculus ſequens, quo motus in eam ſententiam devenit. *Cujac.* Plenior enim eſt principio, neq; ſolum collimat

ſimat caſum, quo uſus eſt pecunia, ſed & quemcunque alium quo moram facere poſſit: ut ſi invaſerit cõmunem pecuniam, *d.l.1.§.1. de uſur. juncta l.3.C.depoſit.* ut ſenſus ſit, ſocium minimè uſuras præſtare, ſi non uſus ſit pecunia, vel nullo alio modo moram fecerit. *) pecunia ipſe uſus ſit: uſuras quoq; eum præſtare debere Labeo ait: non quaſi uſuras, ſed quod Socii interſit moram eum non adhibuiſſe*, moram ergo commiſit ſocius, ſed tamen intuitu moræ ex perſona perinde habetur, ac ſi nulla interceſſiſſet, nec inde tamen probè hæc ducetur conſequentia, *Ergo mora ex re mora non erit.* non ſecus ac ſi ex eo, quod homo per eminentiam animal, interdum appelletur: ut in illo Ovidii verſu 1. metamorph.

Sãctius his animal mẽtisq; capaci⁹ altæ Deerat adhuc, &c.

Digitized by Google

Argumentari quis vellet, Ergo bos, equus, animalia non ſunt.

Non deniq; quarta, quoniam di-
13 verſos moræ ex re & ex perſona effectus proponit, qui facile alteram ab altera differre arguunt, ita ut nō neget irregularē, moræ in genere ſubjici, ſed non eſſe eandem cum regulari, quanquam propoſitio minor ex *d. l. Titia Sejo. 87. §. 1. de legat. 2.* extructa, minimè univerſalis ſit, & ad omnes irregularis moræ caſus extēdi poſſit, loquitur enim ſaltem in perſona minoris, cui ætatis favore conceſſum eſt, ut in bonæfidei contractibus, & legatis & fideicommiſſis ex ſolo tempore tardæ ſolutionis adverſarium in mora conſtituat. *l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt*, quod ejusdem beneficium expirare, ubi major factus eſt, ratio ſuaſit, ceſſante enim cauſa & ratio-

ne,

Digitized by Google

ne,ceſſat & ipſum jus ejus occaſione introductum. *argum. l. 1. ff. de condict. ſin ea l. generaliter. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 1. C. de hæret. l. licet. §. ea. obligatio. ff. de procurator. l. ſi duas. §. penult. ff. de excuſat. tutor. §. illis autem. Inſt. de teſtament. mil. §. ult. Inſt. de auth. tutor. §. hi qui Reipubl. Inſt. de excuſat. tutor. c. etſi Chriſtus, extra de jurejur. cap. cum ceſſante. extra de appellat.* & mutata juris & perſonæ cauſa, & ipſum jus mutatur. *l. 1. C. de. imponend. lucr. deſcript. l. licitat. §. final. & ibid. Bartol. & Dd. ff. d. public. l. Paul. ff. d. acquir. hæret. l. cum Pater. ff. d. leg. 2. Decius & Cagnol. in l. in omnibus cauſis ff. de R. I. Tiraquell. in tr. ceſſante cauſa p. 1. n. 10.* ut quod dictum eſt, perpetuum eſſe moræ effectum uſuras ſemel debitas provocare, & obligationem perpetuare. *ex l. ſi ſervum 91. §. ſequitur.*

de V. O. inveniatur ſuum quoq; habere robur in aliis caſibus moræ irregularis.

14 Contrahitur autem EX RE mora, ſolo tempore tardę pretii ſolutionis ut ait, *d.l.3.C.in quib.cauſ.in incep.reſtit.neceſſ.non eſt.* Ex perſona vero ſi interpellatus oportuno loco & tempore non ſolverit, *d.l.mora. 32. de uſur.* Ex quibus verbis moræ utriusq; differentiæ colliguntur. In illa ſiquidem nulla requiritur hominis interpellatio. hæc vero non aliter, quā per interpellationem, conſtituitur.

15 *l.23.de V.O.* Illa in arbitrium judicis non confertur. Hæc vero an facta ſit judicis relligioni committi debet, quamquam *Jacob Menoch. vir incomparabilis. 2. arbitr. judic. quæſtio. caſ.220.num.7.* etiam in mora ex re judicis ſententiam declaratoriam requirat, quia recepta communis eſt

DD.

DD. ſententia declaratoriam judicis requiri in caſibus illis in quibus ipſo jure operatur. *c. cum ſecundum leges. 19. de hæret. 6. Anchoran. conſil. 189. Hippol. Marſil. conſ. 10. num. 23. Decius in auth. caſſu. n. 14. C. de SS. Eccleſ. Curt. Iun. in tract. feud. p. 4. num. 155. & conſil. 149. n. 2. & alii citati à Menoch. d. loco.* nec hæc moræ commiſſio trahit ſecum executionem, ſed adhuc hominis factum expectat. *Quæ ſanè opinio tuta non eſt*, juris 16 quippe expediti eſt, ſubſtantiam hujus ex re moræ in ſolo tempore tardæ ſolutionis conſtitui. *d. l. 3. C. in quib. cauſ. in integ. &c.* Sententia autem *Menochii* admiſſa, non tam reſpectus temporis, quàm judicis declaratoriæ ſententię habendus eſſet. . Quin ſi declaratoria judicis ſententia requiratur, non ante eam in mora cum effectu agendi dici poſſet

 con-

conſtitutus debitor. Atqui invaſorem, qui ex re moram contrahit, ab ipſo tempore delicti plus quam fruſtratorem eſſe dicit. *l. penult. ff. de vi & vi armat.* & furem ſemper morā facere videri. *l. in re furtiva. 8. ff. de condict. furt.* diemq; appoſitum & exiſtentem protinus ferire debitorem. *l. magnam C. de contrah. & committ. ſtipul.* 3. Unius incluſio alterius eſt excluſio. *l. prætor 12. ff. de judic. l. ex eo 18. de teſtib. l. quæſitum. 12. §. idē reſpondit. 43. ff. de fund. inſtruct. l. in poſſeſſionem. 6. §. 1. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Tum vero demum in rem moram eſſe decerni ſolet, ſi fortè nō extet qui conveniatur. *l. ſed etſi Reipubl. 23. §. 1. ff. de uſur.* aliis in caſibus id ſupervacaneum conſequens erit. 4. Ea quæ jure legibus definita & introducta ſunt, in poteſtate judicis non ſunt. *l. ordine. 15. atque Municip.*

Et

Et quod fit per leges, non deſiderat hominis ſcientiam. *arg.l.apud hoſtes. C.de ſuis & legitim. l.4.l.ultim. C.in quib.cauſ. in integr. L. liber homo. §. ult.de ſtipul.ſervor.l.multum intereſt. ff.de condit.& demonſt.* mora autem ex re legibus & juris autoritate definitur & introducitur *d.l.3.C.in quib. cauſ.&c. d.l.Titia & Sejo. 87. §. 1. ibi quamvis enim conſtitutum.ff.de legat.* 2. Et per conſequens nihil hic valebit judicis declaratoria. 5. Quoniam ipſo jure quid fieri, & judicis ſententia ſunt contraria. *l.4. l.ultim. C.in quib.cauſ.in integr.reſtit.&c.l.3. C.ſi adverſus libert. l.ſi mater ibidem. Bartol. C. de ſuis & legitim. Tiraquel. in l.ſi unquam.8. verſ. revertatur. nu. 450. C. de revoc. donat. Zaſius in §. bonæfidei. Inſt. de action. Bellon.1.ſupputat.10.Briſſon.lib.9.verſ.ipſo jure.d. V. S.* Quare cum mora ex re ipſo

jure, *Menochio* non refragante committatur, *d. l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* factum judicis meritò averſamur, per regulam noſtrorum, quod contraria in uno & reſpectu ejusdem eſſe nequeant. *arg. l. Si Titius. ff. de condit. inſtit. l. ſcripturæ. C. de fid. inſtrum. l. is. qui ducenta. §. utrum ita. ff. de condit. & demonſtr. l. Si Titius. de condict. indeb. l. 1. C. de furt. l. ubi repugnantia. ff. de Reg. Iur.* 6. Deniq; ex *Martiano* conſtat, ſpecificam in eo moræ ex re, & ex perſona conſiſtere differentiam: quod hæc apud judicem examinari, illa non itẽ debeat. *d. l. mora de uſur.* Quæ autem differentiæ ſunt ſpecificæ, communicari non poſſunt. *Salomon in l. Gallus. d. lib. & poſthum. quem refert & ſequitur. Nevizant. lib. 1. nu. in Sylv. nupt.* Nec quicquam faciunt quæ *Menochius* obiicit, loquuntur enim de

de executione, non etiam rei conſtitutione: verbi gratia, Emphyteuta, ſi triennio canonem non ſolverit, ipſo jure cadit Emphyteuſi, verum ad executionem procedere non poterit dominus, niſi judicis accedat declaratoria. *Roman. conſil. 212. n. 7. Salicet. Iaſon. Corraſ. in l. 2. C. de jur. Emphyt. Borchold. c. 3. num. 25. d. feud.* quo ſanè de caſu nos minimè loquimur, verùm de moræ commiſſione, vel conſtitutione, quomodo ſcilicet ea fiat, & ad eam conſtituendam nulla opus eſſe judicis declaratoria veriſſimum credo.

CAPVT. IV.

Quibus in caſibus mora ex re contrahatur.

SUMMARIUM.

1. *Moram ex re contrahit debitor minoris.*
2. *Fragilitas minorum.*
3. *Procedit in contractibus bonæ fidei & legatis & fideicommiſſis.*
4. *Durat usq; ad 25. annum.*
5. *Contrahitur & mora ex re in debitis Eccleſiæ.*
6. *Item in debitis Reipublicæ.*
7. *Modo ex contractibus bonæ fidei iisdem debeatur.*

8. De-

8. *Debitor fiſci ex re moram contrahit.*

9. *Foricarii qui.*

10. *Vrinæ vectigal à* Veſpaſiano *impoſitum fuit.*

11. *Fornicarii qui.*

12. *Qui dotem promiſit, & nõ ſolvit moram reipſa incurrit.*

13. *Quod quinq; argumentis impugnatur n. 14. 15. 16. 17.*

18. *Stabilitur cum textu, tum rationibus.*

19. *Refutantur argumenta contraria. 20. 21. 22. 23.*

24. *Libertati etiam ex re mora fit.*

25. *Item in l. 5. C. de action. empt.*

26. *An dies interpellet pro homine?*

27. *Veteres olim in diem Calendarum uſuras ſtipulabantur.*

Digitized by Google

28. *Decem argumentis oſtenditur diem non interpellare pro homine 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.*

38. *Contrarium argumentis confirmatur.*

39. *Refelluntur ſuperiora argumenta.*

40. *Quid ſi dies tacitus adjectus fuerit?*

41. *Num qui ſe curaturum, vel facturum promiſerit, ipſo jure moram incurrat? inquiritur longa diſputatione.*

42. *Mora ex re fit in delictis.*

43. *In ſpecie l. 40. de uſuris.*

44. *In ſpecie l. 1. §. 1. eod.*

45. *In caſibus l. 9. §. 1. l. videamus 38. de uſur.*

46. *Qui*

46. Qui ſub juramento promiſit, an in mora conſtituatur? argumẽtis in utramq́; partem adductis inquiritur.

47. Quid ſi ꝑmiſſio ſit geminata?

48. Committitur mora ex re in ſpecie. l. penult. de uſur.

49. Item in ſpecie l. item veniunt. §. petitam autem. de petit. hæred.

COntrahitur autem primo mora ex re in minorum perſona, *ut eſt textus in l. 3. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. &c.* Cum enim juvenes, *ut inquit Ariſtoteles 6. Ethic.* nõ poſſint eſſe prudentes, quia prudentia requirit experientiam: quæ ſine tẽpore non contingit. Unde Homerus juniorum mentes ſemper pendere dixit, & fragile ac infirmum eorum

1 (beside line "Contrahitur autem primo mo-"); 2 (beside line "pore non contingit. Unde Homerus")

conſilium, multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum eſſe conſtet. *l. 1. ff. de minorib.*

Horat. in art. Poët.

Vtilium tardus proviſor prodigus æris
Sublimis cupidusq́; & amata relinquere pernix.

Omninò fuit providendum, ne fragilitas ejus ætatis in perniciẽ ſuæ ſubſtantiæ cõvertatur. Quare quod majores ſibi prudentia & conſilio ſuo conſtituere poſſunt, illud minores legum proviſione habent; Si ergo minor 25. annis fundum vendiderit, & tradiderit, emptor verò preciũ non ſolverit, morã reipſa incurrit. *d. l. 3. l. 26. §. apparet. ff. de fideic.*
3 *libert.* Quod favore minoris ætatis receptum eſſe. *Dioclet. & Maxim. dicunt, in l. 5. C. de action. empt.* in his videlicet contractib. qui morã deſiderant, ut bonę fidei & fideicõmiſſis

& le-

& legatis. *d.l.3.* quæ in hoc tractatu, propter favorem ultimarum volūtatum bonæ fidei judiciis comparantur, & ejusdem ferè naturæ ſunt. *Duar. in d.l.3. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit.* Exemplum fideicommiſſi minori relicti eſt. *in l. Titia Sejo 87. §. 1. d. legat. 2.* quod intelligendum eſt, ſi minor tutorem aut curatorē, cui ſolvi poſſit, habeat: aliâs enim non videtur per debitorem mora facta. Quid n. poteſt imputari ei, qui ſolvere etiamſi vellet, nō potuit? inquit Paul. *in l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. 3. ff. d. uſur. l. pecuniæ. in fin. ff. eod. l. arbiter. §. calendis in fin. ff. d. arbit. l. 1. in fin. C. de annal. except. l. multa. in pr. d. cōdit. & demōſt.* Cui contrariū nō eſt, ꝗ minoribus ſubveniatur non tantū cum de bonis eorum quid minuitur, ſed etiam in lucro, id eſt, cum occaſione acquirendi nō utuntur. *l.* 16

Ait

ait Prætor. 7. §. hodie certo jure. ff. de minorib. Nam, *ut inquit hujus objectionis removendæ cauſa Paulus.* Uſuræ non propter lucrum petentiũ,
4 ſed propter moram non ſolventiũ infliguntur. *d. l. cum quidam 17. §. ſi pupillo.* Durat autem hæc mora in minoribus, quamdiu minor ætas (de quo etiam precedenti capite aliquid dixi) durat. *d. l. Titia Sejo. 87. §. 1. d. legat. 2.* Quapropter ſi vel majores facti ſint, vel ipſi majore relicto herede deceſſerint, expirat mora, cum enim cauſa finalis hujus cõceſſi privilegii ſit perſonæ minoris ætas, & eadem ceſſet in herede, per conſequens ipſum privilegium ceſſabit, *l. illud ad L. Aquil. l. adigere §. quamvis ff. de jur. patronat. l. penul. C. de codicill. l. f. C. ad l. Falcid. Socin jun. conſil. 38. n. 3. & conſil. 73. nu. 30. vol. 1. Pariſ. conſil. 49. n. 43. volũ. 3. Roland. à Vall.*

Vall.conſil.69.n.40.vol.4. Iacob. Menoch.conſil.81.n.41.lib.1. Et hoc eſt, quod alibi Paulus reſpõdit, *in omnibus cauſis ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficere.l.68.ff. de Regul. Iur.* Prius vero veterum regulæ conſentaneum eſt,qua traditur, *nihil tã naturale eſſe,quam ut quo quid modo colligatum eſt, eodem in contrarium acto idem diſſolvatur.l. nihil tam naturale ff.de Reg. Iur.* Mora autem ex re in minorum perſona ipſo jure introducitur. *d.l.26.§.apparet. & d.l.3.* Et per conſequens eodem rectè diſſolvitur. Quapropter ſi velit morã reviviſcere,ejusdemque nigricantes effectus perdurare: nova interpellatione opus erit, *d.l.Titia Sejo.87.§.1. d.leg.2.Ludovic.Roman.ſingular.117. Mattheſilan.ſingular.44.n.4. Baver. part.2.n.15.d.mora.Ferret.num.17.in tract.*

tract.d.mora & *Menoch.2.arbitr.jud. quæſt.220.n.27.*

5 Secundo ratione identitatis mora ex re in debitis Eccleſiæ contrahitur, quoniam illa jure minoris ſemper illæſa eſſe debet, ut loqtur Pontifex. *in c.1.& c.auditis.extr.de in integr. reſtit.* Unde noſtri paſſim tradidere argumentum à minoribus ad pium locum, in jure probabile & utiliſſimum eſſe. *l. orphanotrophos. & ibi not. Bald. C.de Epiſc.& Cleric. Ludovic. Rom.ſing.117.* & *Mattha. Si. ſing.44.Sarmienta 1. part. c.2.n.10.de redit.Eccleſiaſt.Eber.in top.legal.num. 1. in loc. d.minor. ad Eccleſiam. Emanuel Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi n.81. §.de lib.& poſth.* & tradiderunt id in terminis noſtris. *Baver.part.n.15.de mora.Didac.Covar.3.var.reſolut.c.7. n.4.Ferret.nu.17.de mora.Menoch.2. arb.Iud.q.220.n.18.Eberh.d.l.n.3.* Solo il-

lo illo æquiparationis argumento moti, ſecuti omnes. *gl. in Reſp. C. ex quib. omnis major.* Quod argumentum ut nimis latè vagans, ad ea quæ in teſtamentis relinquuntur, coarctarunt. *Barbatias & Anton. Burgenſ.* proferunt ad id *c. brevi. extr. de jurejur. & c. potuit. extr. de locato.* Verum rejiciuntur evidenter. *per d. c. 1. & d. c. auditis. extr. de in integ. reſtit.* quæ æquiparationem minoris & Eccleſiæ longè in diverſis caſibus admittunt, ut rectè eorum ſententiam improbaverit, & argumentis reſponderit *Covar. d. c. 17. n. 4.*

Tertio idem in Rep. obtinet, quia jure minorum uti ſolet, ut inquiunt Dioclet. & Maxim. *in l. 4. C. ex quib. cauſis. major.* & Eccleſiæ comparatur. *l. f. C. de SS. Eccl. c. 2. verſ. ſi nimus Nov. 7.* Cum a. id non ſit generale in minore, nō ſimiliter quoq; generale 6

erit

erit in Eccleſia & Republ. verũ mo-
7 ra requirente interpellationem in minore, ut in ſtricti juris cõtractib⁹, perinde quoq; in his ea requiretur, ne ubi eadem juris ſit ratio, contraria & exorbitans reperiatur diſpoſitio: argument. *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. ſciendum. ff. fonte. l. ſi poſtulaverit. §. ratio. ff. ad. l. Iul. de adult. Ferret. d. num. 17.*

8 Quarto ſuperioribus addi debet fiſcus, *qui ex ſuis contractib. uſuras nõ dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet à fornicariis, qui tardius pecuniam inferunt ut ait Ulp. in l. cum quidam. 17. §. fiſcus. 5. ff. de uſur. ubi* tamen habent Pan-
9 dectæ Florentinæ, à foricariis, *quod ſi rectum eſt, inquit Briſſon. lib. 6. de V. S.* eos quantum conjicio ſignare voluit JCtus, qui foricarum vectigal à fiſco conducebant, quorum meminit Juven. Satyr. 3.

Mu-

Munera nunc edunt & verſo pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter, inde reverſi,
Conducunt foricas.

Conſtat quidem urinæ vectigal à *Veſpaſiano* Romę impoſitum fuiſſe, qui filio *Tito* reprehendenti, quod ex re tam turpi pecuniam cogere nõ omitteret, dixit, ut follem pecunia plenum, quem ipſi procuratores obtulerant, olfaceret, experireturque quidnam oleret, & reſpondente *Tito* nullum inde gravẽ odorem ſentiri, ridens dixit, atqui hoc lotium eſt, nam ex urinæ vectigali hæc pecunia confecta eſt, unde & poſteri *Veſpaſiano* illud pro ſymbolo aſcripſerũt: *bonus odor lucri ex re qualibet. D. Nicol. Reuſner. piæ m. in ſymbol. Imperat. claſ. 1. ſymbol. 10.* Reperio autem Baſilica foricarios interpretari exertores

tores τῶν βῶρον. Quod a. communẽ lectionem retinere volueris, cũ *Budæo* fornicarios eſſe dicem⁹ opifices,
11 inſtitores, qui tabernas à fiſco conducunt, ut ibi venales ſuas merces habeant. Vult ergo JCtus fiſco uſuras deberi, ſi tardius pecunia inferatur, quod perinde eſt ac ſi ex re morã fiſco fieri diceret, quod cave per interpellationem fieri credas, quoniam non fiſcus, quod notandum, ſic acciperet, ſed & quilibet alius. Accedit quod dos & fiſcus multis in juris locis æquiparentur. *l. 2. C. de privileg. fiſci. l. dotis. C. de jur. dot.* In dote autem promiſſa ex re mora contrahitur. *l. ultim.* §. *præterea. C. de jur. dot.* Quod ut tantò firmius retineamus.

Quinto dotis quoque promiſſorem ex re moram contrahere conſtituimus, ac quidem mulierem, ſi ipſa

ipſa promiſit, à tempore contracti matrimonii, extraneum v. elapſo biennio. Quod tamen ex noſtris plurimi negarunt. *Alber. Fulgoſ. Iaſon.* 13
Coſtalius. in l. 5. ff. ſolut. matrim. Zaſ. 2. ſingul. intellect. 19. Primò quia conditionis eventus debitorē in mora nō conſtituit. *l. ſi pecuniam. ff. quando dies legator.* Dos autē ſub duabus conditionibus promiſſa intelligitur ſcilicet, ſi nuptiæ ſecutæ fuerint, & maritus onera matrimonii ſuſtinuerit. *l. dotis. 7. in pr. ff. de jur. dotium.* Ergo dici nequit ex re moram committi citra interpellationem. 2. Iniquum 14
videtur, cum maritus nondum à ſua parte coutractum impleverit, mulierem in mora conſtitui. Eſt enim dotis datio ex eorum contractum numero, qui ultrò citroq; dicuntur obligatorii. *l. contractus ff. de R. I.* in quibus tum demū mora ex re con-

contrahitur, ubi ex una parte con-
tractus eſt impletus *l. 5. C. de action.*
emti. Maritus autem tenetur ſubire
matrimonii onera. *d.l.7.* quæ non u-
no aut altero anno, ſed totius vitæ
curriculo præſtare debet. Mulier igi-
tur juſtam cauſam habet ob quam
detrectare poterit, & per conſequẽs
15 moram evitare. 3. Et ſanè, ut maxi-
mè de extraneo illud verum dici
poſſit, in muliere tamen id nullate-
nus concedunt, quoniam ratione
tacitæ affectionis fructuum dona-
tio inter conjuges inducitur. *l. ex an-*
nuo ff. de donat. inter vir. & uxor. quæ
moram omnem excludit. Illa autem
ratio ceſſat in extraneo, *l. curabit. C.*
16 *de act. emt.* 4. Utuntur pro argumẽ-
to. *l. de diviſione 5. ff. ſolut. matrim.* In
qua dicitur, quod neque dies conſti-
tutę dotis, neque nuptiarum obſer-
vari, quo ad fructus lucrandos de-
beat,

Digitized by Google

beat, ſed quo primum dotale prædium conſtituta eſt, id eſt, tradita poſſeſſio, nulla igitur ante traditionem fundi fuit cōmiſſa mora, quoniam alias evidenter conſequeretur fructus non à die traditi fundi. Sed moræ, lucro mariti cedere. 5. Addit 17
Zaſius d. c. 16. nec poteſt iniquitas prætendi mulierem, ſcil. dote frui, & nihilominus à marito ali, quoniam maritus uxorem facilè interpellare, & dotem exigere, ſi velit, poſſit. Verum refutantur cum textu, tum rationibus. Textus eſt *in l. ult. §. præter.* 18
C. de jur. dot. quæ etſi loquatur in extraneo, ratione tamen conſtitutionis moræ, ut mihi videtur, vix mulier ab eo ſecerni poteſt, & mulierem major quædam ratio conſtringere videtur, cum maritus ſuſtinendo onera matrimonii non extraneo, ſed ipſi contractum adimpleat *l. 7. l. quā-*

Digitized by Google

vis in bonis 73.ff. de jur.dot. Ideoque mulier multò juſtius, quã extraneus in mora conſtitui debet. Sed ne forſan hinc argumẽteris ad æquiparationẽ temporis, conſiderandũ eſt mulierẽ meritò protinus à tempore cõtracti matrimonii in mora cõſtitui, quoniam ab eo maritus matrimonii onera ſuſtinere incipit, in quorũ vicẽ cum dos conceſſa ſit, magna ratio ſuadet, ut cum oneribus ea incipiat, De extraneo id dici nequit, cum n. is nihil in vicẽ promiſſæ dotis accipiat, æquitas ſanè exigit prolixiore tẽpore ei ſuccurri. Quod & à *Juſtiniano* alio reſpectu factũ eſt. Cum n. jure veteri dotis promiſſæ citra ſtipulationem uſuræ non debebantur. *l.2.C. de dot. promiſi.* Dos ſiquidẽ promiſſa ſtricto judicio debita exiſtimabatur. In ſtrictis autem judiciis non veniũt uſurę ſine ſtipulatione. *l.3.C.de uſur.*

Neque

Neque n. ut actio ex ſtipulatu, quæ datur mulieri repetenti dotem ſoluto matrimonio, hodie eſt bonæ fidei. *l. un. C. de rei uxor. act.* Ita etiam actio quæ datur marito petenti dotē eſt bonæ fidei. Cum ergo ſit ſtricta, ſecund. regul. juris in eā non veniūt uſuræ citra ſtipulationem. Hoc cum mutaverit Juſtinianus *in d. l. ult. §. præterea.* volueritq; ut uſuræ dotis promiſſæ ipſo jure ſine interpellatione debeātur, putavit in uno gravatū rem expoſcere, ut longioris tēporis ſpacio ſublevaretur. Ex quo nunc probādi ratio profluit, Nam licet actionē, quæ marito competit, ſtricti juris eſſe fateamur, *ut inquit Duar. in l. de divis. 5. ff. ſolut. matrim.* Tamen inter omnes convenit hoc judicium bonæ fidei naturā ſapere. Cū igitur in eo agatur de fructib. promiſſę dotis reddendis, æquitatem omninò

præ oculis habere neceſſe eſt. *l. ſed etſi ideo. ff. ſolut. matr.* quæ hoc dictat, ne fidei obſervantia, non ſolum in aliis, verum in dote re ſcil. favorabili ſine pæna vili pendatur. *l. 1. ff. de jur. dot.* Secundo rationem communem addite, quæ talis eſt: Dotis datio inter eos contractus numeratur, qui ſunt ultrò citroque obligatorii, *l. contractus. ff. de R. I.* At in iis ſic jure notiſſimo comparatum eſt, ut ſi pars una impleverit, altera protinus in mora conſtituatur. *l. curabit. 5. C. de act. empt.* Cum a. maritus à ſua parte impleverit, ſuſtinendo ſcilicet onera matrimonii. *d. l. 7. & l. 75. de jur. dot.* Conſequens omninò eſt, mulierem ſine interpellatione in mora conſtitui. Nec curo *Baldum & poſt eum Zaſium.* qui inter dotis dationem & reliquos contractus ultrò citroque obligatorios diſcrimen cõminiſ-

Digitized by Google

miniſcuntur, quoniam inquit *Zaſ.* emtio & venditio ſunt duo correlativa, idem judicium eſto de reliquis ultrò citroque obligatoriis contractibus, quorũ unum ſine altero eſſe non poteſt, at dos cum oneribus nõ ita, poteſt enim alterum ſine altero eſſe. Quia caſum dotis promiſſæ cõſideramus, in quo negari non poteſt, quin ſit contra ejus naturam matrimonii onera ſuſtinere, & eam non habere. *l. 3. & l. quamvis in bonis. 75. de jur. dot.* 3. A dote ad piam cauſam, & vice verſa in jure noſtro non improbatus eſt arguendi mo- *Eberh. in topic. legal. in loc. à dote ad piam cauſam.* Unde æquiparantur. *in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alien. poterat. in uſib. feud.* Et dos in ſe pietatem habet. *l. & cum is qui 32. §. 2. ff. de condict. indeb.* Atqui, ut ſupra in ſecundo caſu oſtenſum eſt,

mora ex re in debitis Eccleſiæ contrahitur. Ergo idem in debitore dotis dicendum erit, & hanc opinionẽ in Scabinatu & facultate noſtra ſeqmur, ſicuti latius oſtendi *lib. 1. deciſ. 3. Nec obſtant contra ſentientiũ argu-*
18 *menta.* Nã primo reſponderi poteſt, id procedere de conditionis eventu: quæ per interpellationẽ diei fit, non etiã de ea quæ reipſa in mora conſti-
19 tuit. *arg. l. 18. ff. de evičtion.* Ad ſecundũ dicimus: Maritũ ſimulatq; uxorem in domum ſuam receperit à ſua parte cõtractum impleviſſe *l. 5. ff. de rit. nupt.* Etiamſi non reſpectu totius matrimonii, attamen reſpectu ejus temporis quo ipſa fructus percepit; Alias enim id abſurdi ſequeretur mulierem nunquam in mora cõſtitui poſſe, quoniã contra maritũ in promtu ſemper ſit futura hæc exceptio:

ceptio: *Tu nondũ à parte tua implevi-ſti. l. ſciendũ. ff. de uſur.* Teritiũ ita re-ſolvimus, donationẽ nõ pſumi. *l. cũ de indebito. 25. ff. de pbat.* nõ obſtante *l. ex annuo*, quoniã cõſtat in ea de ma riti voluntate: ut in *l. fructus. de uſur. l. 8. C. de don. int. vir. & ux. l. 17. ff. eod.* 4. Ad legẽ, *de diviſione 5. ff. ſolut. ma-trim.* cũ *Accurſio* reſpondemus, mu- 22 lierem in ſpecie fructus non perce-piſſe. *argum. l. 19. ff. de uſur. quod Bart. ſequitur.* aut ſi perceperit, marito obtuliſſe, cui ut ſua negligentia in non recipiendo imputetur æquum eſt. *argum. l. ut perfectus. ibi: ut ſit a-liqua inter deſides & vigilantes diffe-rentia. C. de animal. except.* aliter re-ſpondeo *in d. lib. deciſ. 3. num. 27.* Quintum argumẽtum nullius mo-menti eſt, quoniam & aliis in caſi-bus moram ex re penitus tolleret, in iis ſiquidẽ dici poſſet de facili inter-

Digitized by Google

pellationem interponi poſſe. *Rom. ſing.* 202. *Socin. conſ.* 35. *vol.* 2. *Calcagn. conſil.* 3. *Matthesilan. ſingul.* 73. *in annotat. num.* 3. & magis communiter ſic ſentire Dd. dicit. *Baver. p.* 2. *n.* 14. *de mora.*

Sexto, mora etiam contrahitur ex re in fideicommiſſariis libertatibus. *d. l. cum vero.* 26. *§. apparet ff. de fideicommiß. libert.* Cum enim interſit Reipubl. liberis hominibus potius, quam ſervis eam repleri: quo pertinet *Plinii libro* 7. *Epiſtolar.* elegans ſententia: *Quod ſcribis, ait, oblata occaſione plurimos manumiſſos unicè lætor, Cupio enim patriam noſtrã omnibus quidem rebus augeri, maximè tamen civium numero: id enim oppidis firmiſſimum ornamentũ.* Unde cum *Servus Tullius* Rex Romanorum libertinos quoscunq; ad omnia plebejorum munia admitteret, inter

cæteras

cæteras hanc potiſſimum ſui inſtituti rationem reddidit, *Quod urbi ad Imperium & res magnas gerendas aſpiranti, nulla re æque opus ſit, ac civium numeroſa multitudine, quo poſſit ad omnia bella domeſticis armis ſufficere. Dionyſ. Halicarnaß. lib. 4. Antiquit. Roman.* Quapropter nullo non tempore legumlatores varias vias, quibus ad libertatem aſpirare Servi poſſent, invenerunt. §. *final. inſtit. de donat.* & ne ullo modo fraus ei fieri poſſet, diligentiſſimè proſpexerunt. Et ideo ſi rogatus ſit heres ſervam manumittere, isque ea in re ceſſaverit, atque illa interim peperit, ex die quo libertas peti potuit, matri tradetur, is qui natus eſt manumittendi cauſa: ex die vero quo petita eſt ingenuus naſcetur. Ratio eſt apud Ulpian. *in d. l. cum vero 26. §. 1. Ne alias ſcilicet per ignaviam, vel timidi-*

Digitized by Google

tatem eorum quibus relinquitur libertas fideicommiſſaria, vel per ignorantiam juris ſui, vel per authoritatem aut dignitatem eorum à quibus relicta eſt, vel ſerius petatur, vel in totum non petatur, quæ res libertati obeſſe non debet, quocirca Impp. Diocletian. & Maximilian. conſtituerunt, *ut ſententia Præſidis in libertatem eripiatur, nullo facto, & voluntate ab herede expectāda, & talem conſequi libertatem: quaſi ab ipſo teſtatore directis verbis eam habeat,* cum ſatis impium, *atque abſurdum ſit hæredes teſtatores differre voluntatem, maximè cum ad libertatem reſpiciat. l. ancillam. 15. C. de fideicommiſſ. libert.* neque diſtinguo inter libertatem minori, vel majori relictam: etiamſi id exiſtimet. *Jacob. Cujac. in παράτιτλα. Cod. ad tit. de fideicommiſſ. libert. minori inquit, mora ſit, ex die quo peti potuit, majori ex die*

quo

quo petita eſt, non rectè, quoniam hoc modo ex re fideicommiſſariæ libertati in perſona majoris non fieret, ſed interpellatio eam induceret, cum tamen ſatis notum ſit ſit ſubventum eſſe fideicommiſſariis libertatibus: ut in rem mora facta eſſe videatur, *ut ait Vlpianus in d. loc. cum vero. 26. §. 1. l. ſi Servo. de legat. 2.* Nec litem alii diſtinctio illa petitæ & non petitæ libertatis, quæ extat *in d. l. cum vero. 26. §. 1.* pertinet enim ſaltem ad caſum propoſitum de dijudicatione partus, utrum is ingenuus, vel ſervus natus dici poſſit. Licet enim, ſi non protinus ex teſtamento præſtet hæres libertatem, mora fiat, non tamen libera dici poteſt: & per conſequens quod ex ea natum eſt minimè liberum erit, additur exceptio, niſi libertatem petierit, tum enim

 ſecun-

Digitized by Google

ſecundum Senatusconſultum, & conſtitutiones ad id pertinens civis Romana ingenuos peperit. *ut loquitur.l.4.C.de fideicommiß.libert.* Opponi ſuperioribus ſolet. *l.ſi fundum 81.§.Stichum.2.ff.de legat.2.* Teſtator Stichum Sempronio legavit, & ſi Sempronius Stichum intra annũ non manumitteret, eundem Stichũ Titio legavit, videtur quaſi teſtator fidei Sempronii cõmiſerit, ut hunc Stichum manumitteret, cum tamen idem non manumiſſus poſt annum ad Titium pertineat: atque ita nullo modo mora ei fiat. *ratione. d.l.ancillam.15.C.de fideicomm.libert.* verum facilis erit reſponſio, ſi quæſtionis noſtræ diverſitatem ab illo caſu attenderimus, nobis ſermo eſt de eo hærede, qui rogatus erat præcisè manumittere, *d. vero. l ſi fundum.81.§. Stichum.2.* loquitur de eo hærede,

in

Digitized by Google

in cujus arbitrio poſitum erat manumittere, vel non manumittere: ut ex verbis teſtatoris apparet: *Si Sempronius Stichum intra annũ non manumiſerit. &c.* Quapropter cum poſſit vel parere, vel non parere, nullo modo, moram incurrere dici poterit, cum ab invito libertas exigi non poſſit. *l. nulla de Regulis Iuris l. pupillus. 127. ff. de Verb. O. l. lecta. ff. de Reb. credit.* 2. Opponi poteſt, quod ſupervacanea hæc de mora quæſtio videri poſſet: cum ſervus ipſo jure ex conſtitutione *D. Marci*, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, liber fiat, *l. Paulus reſpondit. ff. d. liber. cauſa. l. 3. C. ſi mancip. ita fuer. alienat.* Verum ea conſtitutio *D. Marci* non pertinet, ad ſervos per fideicommiſſum libertate donandos, quemadmodum apparet. *ex d. l. 4. C. de fideicommiſſ. libert.* quæ vult eam mulie-

Digitized by Google

rem, quæ non petiit libertatem ipſi teſtamento relictam, minimè ingenuum mora facta parere: quod tamen, ſi liberam eſſe ipſo jure diceremus, planè neceſſarium foret.

25 Septimo, mora ex re contrahitur in ſpecie *l. curabit. 5. C. de action. emt.* quæ etſi loquatur de minore, æquitas tamen ejus pertinet ad quemcũque majorem, & nominatim ad eũ traducta eſt ab iisdem Impp. *in l. fructus. 13. C. de act. empt.* Caſus talis eſt. Titius fundum vendidit, eumque emptori tradidit, qui poſſeſſionem nactus fructus percepit, ſoluta pretii parte unica, altera vero penes ſe retenta, quæritur anne compelli poſſit ad ſolutionem partis reſtantis cum uſuris? emptoris allegatio ex lege talis apparet, uſuræ peti non poſſunt, niſi ex conventione, vel mora: at de iis neque quicquam inter

ter nos conventum, neque ex mora debitæ dici poſſunt: cum nihil unquam à me petierit venditor. Ratio venditoris, quam ſubiiciunt Impp. & ſimul intentionis emptoris reſolutionem continet, conſiſtit in perceptione fructuum, quæ uſuras, licet nulla mora, ſcilicet ex perſona, intervenerit, generavit: emptor cum re fruatur, ait Ulp. æquiſſimum eſt eum uſuras precii pendere *in l. Julianus. 13. §. veniunt autem. 20. ff. de act. empt.* & ęqualitatis ratione emptorẽ uſuras præſtare cogendum reſcripſerunt. *Severus & Anton. in l. 2. C. de uſur.* quemadmodũ per contrarium iniquum eſſe uſuras ab eo exigi, qui fructus nõ percepit, reſpondit Paulus *in l. liberalitatis. 16. in fi. ff. de uſur.* quod uſq; adeo æquum communi noſtrorũ voto æſtimatur, ut etiã de jure canonico, quo alias uſura prohibita

hibita eſt, obtineat. *gl. in c. conqueſtus extr. de uſur.* quia, inquit, hujusmodi uſuræ, non quaſi uſuræ, ſed ut intereſſe petuntur, damna vero & intereſſe ſecũdum canones peti poſſunt. *c. ſi quis de clericis. cauſ. 12. q. 2. c. dilecti. d. for. compet. c. pervenit. extr. de fidejuſſ.* ſequuntur, *ibi Hoſtienſis Abbas & communiter Canoniſtæ. & Bartol. in l. 2. C. de uſur. Vivius. lib. 1. commun. opin. verb. venditor in pr.* quæ ſanè ratio inconcinna non eſt, ſi intereſſe illud ad fructuum quantitatem reſtrinxeris, uti videtur velle Hermogenianus in l. ult. ff. de peric. & commod. *venditori* (inquit) *ſi emptor in precio ſolvendo moram fecerit, uſuras duntaxat præſtabit, non omne omninò quod venditor mora non facta conſequi potuit, veluti ſi negotiator fuerit, & pretio ſoluto ex mercibus plus quam ex uſuris conſequi potuit,* Ex

quo

quo notabiliter conſequitur, etiamſi nihil ex pecunia lucri facturus fuiſſet venditor, nihilominus juſtè uſuras exigere, quoniam ſemper illud manet eum potuiſſe ex fundo ſuo fructus percipere, queis cum gaudeat incivilis emptor, utique non inique venditor in vicem eorum ſubſtitutionem uſurarum exigit. *atque hanc ſententiam* commune eſſe tradunt. *Socin. in l. de diviſione. num. 13. ſolut. matrim. Vivius. d. libro 1. verb. vendit. Didac. Covar. 3. reſolut. 4. n. 1.* Sed quid ſi emptor nullos omninò perceperit fructus? Et ſanè videtur rationi conſtitutionis locum amplius non fore, quæ, ut Bononienſes Carocio, *de quo gl. in l. omnis definitio ff. de Reg. Iur. Franc. Zoanet. d. empt. vendit. n. 77.* perceptioni fructuum inſiſtit, atque hanc opinionem habuit. *Cyn. in l. minorum. C. de integr. reſtit.*

reſtit. & iſta videtur veritas, *inquit, Baver.p.2.n.12. de mora.* Contrariũ tamen rectius eſt, quia ex JCti conſilio hoc ſolum ſpectare debemus, an habuerit facultatem percipiendi fructus. *in d.l. Iulianus 13. §. veniunt autem. d. act. empt.* & damnum omne ac incommodum poſt celebratam & perfectam venditionem ad emptorem ſpectet. *l.8. ff. de peric. & commod. rei vendit.* quæ propoſitio ſtabilitur ex alio, quod noſtri tradiderunt in terminis. *d.l. curabit,* æſtimationem fructuum reddendam eſſe, non quos percepit emptor, ſed quos percepiſſet venditor. *Hieron. Cagnol. in d.l. curabit. Didac. Covar. d. c.4.n.1.* quod etiam reſpondit. *Zoanet. cap.9. lib. ſingul. rerũ quotidianar.* Quamvis autem dicta conſtitutio ſaltem loquatur in emptore, Dd. tamen cõmuniter eam ad alios quoq;

con-

contractus ultrò citroque obligatorios produxerunt, *nota quod in contractibus* (inquit Bartol. ad d. l. curabit) *in quibus ultro citroque aliquid additur ſi unus implet contractum ex parte ſua: alius eſt in mora reipſa ſine interpellatione*. Hieron. Cagnol. *ad d. l. curabit*. Jaſon *in l. naturalis. §. ad cũ do. n. 3. d. praeſcr. verb.* quod non invitus admitto, data paritate contract⁹ cum emtione, quoniam ratio perceptorum fructuum ubiq; idem jus inculcat *arg. l. illud. ad l. Aquil.*

Octavo, committitur mora ex re, 26
ſi dies ſolutioni adjectus fuerit, is enim celeri curſu feſtinans debitori triſte nuncium, niſi aurum tinniat, & crumena numis refulgat, prędicit. Unde cum olim veteres in diem Calendarem uſuras ſtipularentur, triſtes Calendas vocat, Horat. 27

1. Serm.

1.Serm.3.

Niſi cum miſero triſtes venere Calēdæ.

Et Ovidius. 2 Remed.amor.

Qui puteal, Ianumque timent, celeresque Calendas,
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

Ideo celeres Calendas vocavit, quia voto & arbitrio debitorum celerius redeant, & uſurarum incrementum ſecum ferant, *prout eum locum* explicat. *Barnab. Briſſon. d. verb. ſignif. verb. Calendarium Walther. 2. miſcell. 33.* Sic veteres Calendis fænori dare pecuniam conſueviſſe, Idibus vero exegiſſe, conſtat. *ex l. ex pluribus. §. ult. ff. de ſolut. l. Titius Sejo. ff. de pecun. conſtit.*

Confirmat. Horat.

Hæc ubi locutus fænerator Alphius.
Omnem redegit idibus pecuniam

Quæ-

Quærit Calendis ponere.
Cicero lib.14.Epiſtol.20.ad Attic.
Jam vel ſibi habeat nummos modo nur meret Idibus.

Quod autem dies pro homine interpellet, ut ſandi noſtrorum mos eſt, communi opinione receptũ eſt, nec tamen ſine contradictore. Etenim. *Æmil.Ferret.in tract. de mora. n.21.* Serio exiſtimat interpellationẽ requiri, *eumque ſequutus Ludovic. Charond.3.veroſimil.10.* Argumenta eorum hæc ſunt. 1. Quod in favorem alicujus introductum eſt, in odium ejus retorqueri non debet. *l. quod favore C.de legib.l.nulla ff. eod.l. plures.19.C.de fid. inſtrum.l.generaliter.C.de ſec.nupt.* Dies autem in gratiam debitoris adjectus videri poteſt. *l.38.§.inter.ff de V.O.l.cum tempus.de Regul. Iuris.§.cum omnes. Inſt. de V.O.l.quod certa 70.ff.de ſolut.* Et 28

per

qer conſequens per diei exiſtentiam
in mora non poterit dici conſtitu-
30 tus debitor. 2. Ex una & eadem re
contrarii effectus ſequi nõ poſſunt,
l. legata inutiliter. 14. ff. de adimend.
leg. At diem in gratiam debitoris
adjectum, & eodem exiſtente nihil-
ominus eundem in mora conſtitu-
tum eſſe dicere, effectus contrarii
ſunt, quoniam ille favorem, hic ve-
ro odium ejus concernit. 3. *Si* tem-
pus non eſt modus inducendæ ob-
ligationis, quomodo poterit tardã-
tem propter eam moram introdu-
31 ceres. At verum illud ex *l. obligatio-*
num 44. §. 1. verſ. placet ff. de O. & A.
Ergò multo minus hoc poterit. *ar-*
gum. c. acceſſorium. de Reg. Iuris in 6.
4. Etſi p̃ſenti die debeatur temporis
tamen aliquod largiendum eſt ſpa-
32 cium, dandumq; diem cum compe-
tenti cautela ad ſolvendam pecuni-
am.

am, ut loquitur Ulp. *in l. 21. ſi debitori ff. de judic.* Et quod, ſtatim debere ſolvere, dicimus, cum aliquo ſcilicet temperamento temporis intelligẽdum eſt. Nec enim cum ſacco adire debet, ceu loquitur Paulus *in l. quod dicimus 115. de ſolut.* Parva igitur mora attendi non debet, ut propterea petitio creditoris, & obligatio debitoris auctior efficiatur. Sic æris confeſſis reisque judicatis olim ex l. 12. tab. 30. dies juſti erant. *Gell. 20. noct. attic. 1.* Poſtea a. factum eſt illud ſpacium duorum menſium, ut apparet ex *Cod. Theodoſ. lib. 4. c. 17. l. ult. C. de uſuris rei judic.* Hodie a. ex Juſtiniani conſtitutione factum eſt 4. menſium. *d. l. ult. notat. Duar. in l. 3. ff. de re jud. Alc. 1. παρεργ. 32.* Quod ſi ita benigniter lex cũ victis & judicatis debitorib᷒ egerit, quanto magis erit homi-

Digitized by Google

hominum moram modici temporis non attendere. *argumento l. ſi de-*
33 *bitori. 21. ff. de jud.* 5. In ſuam ſententiam trahunt id, quod *Labeo* dixit, *ſi nemo ſit, inquit, qui à parte promiſſoris interpellari trajectitiæ pecuniæ poſſit. l. 2. ff. de naut. fœn. teſtatione id complecti debet.* Ergo extante debitore videtur interpellationem requirere, loquitur autem *Labeo* de trajectitia pecunia, quæ, uti aſſolet, ad diem certum promiſſa erat, *l. f. ff. de naut. fœn. l. trajectitiæ. 22. ff. de O. & A.* 6.
34 In æquiparatis, dicunt, idem jus ſtatuendum erit. *Nicol. Eberh. in loco à ſimul. n. 3.* Atqui in *l. cedere diẽ 213. de V. S.* obligatio pura, & in diem, poſtquam dies extiterit, æquiparantur. Ergo ut in pura obligatione requiritur, ſic & in hac eandem interponẽdam eſſe ſtatui debet. 7. Quoniam id ſaltem à ll. notatum eſt in ſtipu-

ſtipulatione pænali, ut ſcilicet lapſus diei pænam provocet. *l. ad diem 77. ff. de V. O. l. magnam. 12. C. de contrah. & conſtipul.* Pæna autem magis ex conventione, quam ex lapſu temporis debetur. Ergo aliis in caſibus, ubi pænæ ſtipulatio nulla eſt, nullus quoque effectuum moræ intuitu reſpectus erit. 8. Urgeri poteſt quod 36
Paulus ſtatuit. *in l. cum filiusfam. 49. §. f. de V. O.* Si promiſſor hominis, ait, ante diem in quem promiſerat interpellatus ſit, & ſervus deceſſerit, non videtur per eum ſtetiſſe; Innuens per contrarium, ſi die extante interpellatio facta fuerit, tum per debitorem ſtetiſſe videri. Unde & Africanus *in l. trajectitiæ. 22. verſ. de illo. ff. de O. & ff.* etiam in caſu noſtro, quamvis obligatio diem habeat, interpellationem requirere videatur. 9. Creditur pro hac ſententia fa-

cere id, quod *Vlpian.* reſpondit. *in l. 1. §. licet autẽ de peric. & com. rei vend.* Licere venditori effundere vinum, ſi diem ad metiendum præſtituit, nec intra diem adměſum ſit. Effundere autem non ſtatim poterit, ſed prius teſtato denunciabit emtori, ut aut tollat vinum, aut ſciat futurum, ut effundatur. Ergo, inquiunt, ſolus diei lapſus non ſufficit, ſed præter eũ neceſſario facienda erit denuncia-
38 tio ſeu interpellatio. 10. & ultimo, ita à ſufficienti enumeratione partium argumentantur. Martianus in *l. mora 32. de uſuris*, ut principe loco conſtituendæ moræ dixit moram fieri ex perſona, & Impp. *in l. 3. C. in quib. cauſis in intgr. reſtit. neceſſaria non eſt*, in re moram ex re minorum eſſe dixerunt. Proditum autem nullibi eſt, ait *Ferret.* ex tempore eam contrahi. Per conſeq. nulla quoque ex

ex tempore erit mora. Cæterum iis paulisper ſepoſitis, videamus quę 39. pro communi ſententia ex penu JCtorum divite depromi poſſint, quæ ſi vobis eodem, quo mihi, loco fuerint, conjunctis q. copiis ſuperiorum vis facilimè infringi poterit. Sit ergo hæc prima argumentatio. Qui ſemel certior factus eſt, amplius certiorari non debet. *l. 1. in f. ibi neque certiorari debuit qui non ignoravit. ff. de act. emti. c. eum qui certus de Regulis Iuris in 6.* Debitor autem per diei adventum de voluntate creditoris, certior fieri & eſſe poterit, quæ ratio eſt Juſtiniani. *in l. magnam 12. C. de contra. & comm. ſtip.* Cujus ſpecies hæc eſt: Titius Sejo promiſit ſe facturum, vel daturum aliquid ad Calendas ꝓximas, & niſi fecerit, vel dederit, pœnæ nomine 100. promiſit. Nō autē dedit, vel fecit, quæritur an

 com-

commiſſa ſit ſtipulatio pænalis? Is negabat, quoniam eum nullus admonuerat, citra autem admonitionem vix eſt ut quis in mora conſtitui poſſit. *l. nulla. ff. de R. I. l. 127. ff. de V. O.* Econtra Sejus exiſtimabat, ſufficere diei lapſu eum moneri, qui ne fruſtra adjectus dici poſſit, hunc interpellationis effectum operari debuit: Atque hujus intentionem probat *Juſtinianus*, hanc ex æquitatis viſceribus depromptam rationẽ ſubjiciens: *Cum ea, inquit, quæ promiſit ipſe in memoria ſua ſervare, neq; ab aliis ſibi manifeſtari poſcere debeat*, quæ ratio ut generalior, non ad pænalem ſtipulationem tantum ſe adſtringi patitur, *ut Charond. exiſtimavit*, ſed in omnibus caſibus, qui lapſum diei habent, valebit, quod manifeſtiſſime comprobat. *l. 2. C. de iur. Emphyt.* quæ ejusdem *Juſtiniani* eſt.

eſt, in qua mentionem facit conſtitutionis ſuæ, qua generaliter cautũ eſt, neminem expectare debere admonitionem in caſibus lapſum diei habentibus. Nulla autem alia conſtitutio, qua id deciditur, eſt, quam quæ extat *in d.l.magnam*. Et per cõſequens ea quoque ut generalior nõ tantũ, ad eam ſpeciem, de qua loqtur, verum & alias extendi debet. 2. Mora purgatur poſt diem quo res ſolvi debuit. *l.ſi duo.16.§.f.& l.ſed etſi alia.ff.de conſt.pec.* Et per conſeq. moram commiſſam eſſe evidenter liquet. Privatio enim præſupponit habitum. *l.ſi decem.116.ff. de V. O. l. manumiſſiones.ff.de Iuſt. & Iur. in pr. inſt.de libert.l.Titio uſusfr.in pr.de cõdit.& demonſt. l. Iulian.ff. de divort. & repud.* Et mora, quæ non præceſſit, quomodo ea purgabitur? *l.ſi ita quis.135.§.Seja.2.ff.de V.O.* 3. Clare

Digitized by Google

hanc ſententiam comprobat. *l. vinũ 22. ff. de reb. credit.* ubi vini mutuo dati, & per judicem petiti æſtimatio refertur ad id tempus quo reddi debuit, h.e. tempus morę. Si itaq; vinũ: quod debebatur eo tempore quo reddi debuit ſit aureorum 15. tempore v. ſententiæ decẽ, condemnaberis in vinum quod eſt aureorũ 10. Et præterea in quinq; ratione ejus ꝙ intereſt, quod ex mora reſultat. 4. Confirmatur hæc opinio ex *l. ad diẽ. 77. ff. de V. O. & l. trajectitiæ 22. de O. & A.* quas ne dixeris ſaltem in pænali ſtipulatione procedere, quoniam, etſi ſtipulatio pænalis ſubjecta non ſit, idem obtinet. *l. ſi fundus. 4. §. f. ff. de lege lrmmiſs.* ubi inter emptorem & venditorem convenit, ut ad diem non ſoluto precio res inempta ſit, & reſolvatur venditio, nulla ſubjecta ſtipulatione certę pænæ;

næ, planè res erit inempta; ſi ſua die emtori nõ obtulerit præciũ ultrò, etiãſi interpellatus non ſit, & facit ꝙ ſupra oſtenſum eſt, *d.l.magnam C.de contrah. & comm. ſtip.* quæ ſimiliter in pænali ſtipulatione loquitur, generaliter propter identitatem rationis intelligendam eſſe, & per conſequens dd. ll. etiam ad caſum noſtrũ extendi poſſunt. 5. Expreſiſſimè hãc ſententiam confirmant Africanus. *in l.hominem 37.* ibi, niſi fortè aut per promiſſorem ſteterit quo minus ſua die ſolveret *ff.mandati.* Papin. *in l.9. §.1.ff.de uſur.* in qua ſorte non ſoluta ad diem ſtipulatio uſurarum (quam eadem lex facit diverſam à ſtipulatione pænæ) ea, inquam, ſtipulatio uſurarum committitur ſorte non ſoluta ad diem, etiamſi debitor interpellat⁹ nõ ſit, ſed excuſatur, & ejus mora inculpata eſt, ſi mortuo

creditore & nondum ſorte ejus adita hæreditate, debitor non habeat, cui ſortem offerat ad diem dictam. Ulpian. *in l.ſi fundum 114. ff. d.V.O.* Idem *in l. penult. ff. de naut. fœn.* quæ vult pecuniæ trajectitiæ pænam peti non poſſe, ſi per creditorem ſteterit, quo minus eam intra tempus præſtitum accipiat: Ergo ſi non per eum ſteterit, & intra tempus conſtitutũ debitor non obtulerit, moram contrahet, Paulus in *Lucius Titius. 47. ff. de act. empt.* ibi intra ſtatuta tempora &c. *Pompon. in l.ſi Stichus. ff. de V. O.* Si Stichus, inquit, certo die dari promiſſus, ante diem moriatur, non tenetur promiſſor, oſtendens videlicet, ſi poſt diem moriatur, debitorem, quia nunc mora comiſſa eſt, teneri. 6. Creditori officium ſuum damnoſum eſſe non debet. *l. 7. ff. quidẽ teſtamenta aperiantur. l.ſi ſervus. 61. §.*

quod

quod v.5.ff.de furt. neque poterit debitor ei iniquam conditionem inferre. Nam *ut Cic.3.de offic. ait: nihil magis contr. naturam eſt, quam hominem homini ſui commodi cauſa detrahere.* At ſi elapſo die morari debitori impunè permiſeris, temporis occaſione ſi quæ commoda ſunt, poſſunt autem ea maxima eſſe. *argumento l.f.ff.de peric.& com. rei vend.* Creditori præriperentur, & ejus occaſione contingentia incommoda ſentiret. Quid enim niſi nummi reſtituantur, eumque annonæ caritas premat, ita ut ob eam rem familia ejus fame laboraverit, *ut eſt caſus in l.ſi ſterilis.20.§.cum per venditionem. ff.de act.empt.* anne ſummæ æquitatis erit ejus rei rationẽ haberi? Meritò. Nam ut Paulus *in d.l.ſi ſterilis.20. §.cum per venditorem, ait,* quia ſive datum eſſet, haberet emptor, ſive nõ

Digitized by Google

quoniam ſaltem hodie dandum eſt, quod jam olim dari oportuit. 7. Qui ſtatuto die non ſolvit, ei ſimilis eſt qui minus ſolvit. Nam & tempore minus ſolvitur. *l. 12. §. 1. de V. S.* At qui minorem ſummam offert, perinde eſt ac ſi nihil ſolviſſet, modo pignoris diſtractionem intereſſe, pænam, damnumque ſpectes. *l. & poſt tres. ff. ſi quis caution. in jud. l. quandiu C. de diſtract. pign. l. qui Romæ. §. Flaminus ff. de V. O.* Similiter ergo & qui ſtatuto die non ſolverit (quæ videtur concluſio. *Accurſ. ad d. l. 12. §. 1.*) moræ difficultatibus præmetur, ac is qui vel minus, vel nihil ſolvit. 8. Hanc diſputationem, argumento à loco ad tempus (quod in jure probabile & frequens eſt. *l. vinum. ibi Bart. & Dd. ff. de reb. credit. l. ſi ſoluturus ff. de ſolut.*) concludo. Si alio loco, quam quo dari oportuit, agatur,

inter-

intereſſe actoris omne in conſiderationem veniet. *l.1. & toto tit. ff. de eo quod cert. loc.* Cur non igitur & ſimiliter, qui alio tempore ſolvit, quã quo debuit, eodem conſtringeretur modo? *l. quod ſi Epheſ. 4. ff. de eo quod cert. loc.* Atq; hanc ſententiã amplexi fuêre illi, quos copioſe allegat. *Ant. Gabr. 3. communi. opin. de ſolut. concluſ. 9. Petr. de Ravenna in aureo ſuo Alphabeto lit. M. verſ. Mora. Baver. part. 2. n. 1. & ſeq. de mora. Schurf. 1. conſil. 36. n. 18. Tiber. Decian. 1. conſ. 2. n. 201. Menoch. arbit. Iud. q. 220. nu. 43. & ſeq. Mynſ. 3. obſ. 95. Cujac. ad d. l. magnam. C. de contrah. & committ. ſtip. Forcat. part. n. 3. 5. de mora. Duar. ad l. 77. ff. de V. O. Ant. Faber. 6. conject. 7. Donell. 2. capit. de mora. Borch. c. 7. n. 48. de V. O.* Qua ſic poſita ſententia breviter argumẽtis cõtra ſentientiũ reſpondebimus. *Quod ergo*

primo loco dictum eſt, diem in gratiã debitoris adjectum videri, id verum eſt ratione medii & labentis, non etiam exiſtentis temporis, Nam qui ſe ſoluturum ad Calen. Januar. promittit, totum quidem medium tẽpus liberum habet, illudque in favorem ejus adjectum dicitur. At eædem exiſtentes protinus tam ſeverè debitorem interpellant, ut non favorem ſed odium potius ſecum afferre videantur. *d. l. 38. §. inter. ff. de V. O.* Atque eodem modo ſecundæ objectioni reſponderi poteſt, conſiderato ſcilicet medio, & exiſtente tempore, ut dici non poſſit ex una & eadem re diverſos hic ſequi effectus, aliud ſiquidem eſt tempus medium, aliud exiſtens, illud in favorẽ debitoris rectè introductũ dicitur, hoc v. in gratiam creditoris introductũ ſui natura inimicũ eſt debitori.

Ter-

Digitized by Google

Tertium argumentũ quod attinet, quo dicebatur tempus non eſſe modum introducendæ obligationis,& nec per conſequens moræ, de cauſa ſolius temporis accipiendum eſt,nõ etiam quando cum tempore, vel legis diſpoſitio, vel contrahentium conſenſus,aut ulla alia efficax concurrit cauſa. *Salicet. in l. ſicut. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. Weſembec. in parat. n. 9. d. O. & A.* At noſtro in caſu præter legis diſpoſitionem,etiam efficax concurrit contrahentiũ voluntas,quos hoc voluiſſe interpretamur, ut ſuo die non exſoluto debito in mora conſtituatur debitor. *d. l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul.* Quartum argumentum plus habet in concluſione quam in præmiſſis fuit. Nam licet modicum temp⁹, quod natura ſolutioni ineſt, debitori indulgeri debeat, *d. l. ſi debitori 21.*

ff.de judic. & *d.l.quod dicimus.105.de ſolut.* Non inde tamen ſequitur longiorem moram, quæ creditori nocitura eſt, inculpatam fore, ne aliàs debitor fidei fallendæ occaſionem arripiat, & ex ſuo delicto vel temeritate aliquod emolumentum capiat. De 5. objectione *hæc eſt ſententia Cujacii in l. trajectitiæ.22.de O.* & *A.in tract. 7. ad Afric.* dicendum videlicet eſſe, hac de re fuiſſe inter veteres controverſiam, quorum alii interpellationem, inter quos & *Labeo* fuit, requirebant; alii citra interpellationem lapſu ſolius diei debitorẽ morę ſubiiciebant. Atq; horum ſententiã comprobaſſe Juſtinianum in *d.l.magna.C. de contrah.* & *commit. ſtipul.* ſequitur. *Borch.d.c.7.nu.55. de V.O.* Quæ ut in ſe vera eſt, huc tamẽ trahi non poteſt. Nam quod dicit *Labeonem* interpellationem requiſiviſſe,

Digitized by Google

ſiviſſe,in currit.*l.ultim.ff.de naut.fæn.* quæ ut inſcriptio indicat *ex Labeonis lib.5.veriſimil. à Paulo Epitomat. deſumpta eſt*,& perinde pænam cõmitti in trajectitia pecuuia ad diem data,etiam ſi nullus,qui pecuniã deberet,extet,oſtendit, ac ſi hæres fuiſſet debitoris, quod eſt citra interpellationẽ.Quare non improbabiliter dicetur, *in d.l.2.* nullum adjectũ fuiſſe diem, qui debitorem monere poterat, ſed trajectitiam pecuniam ſub hac conditione, cum repetiero, datam fuiſſe, quo in caſu pro interpellatione cedit teſtatio, ſi nullus alius extet, qui conveniri poſſit. *6.* Argumentũ, quod ab æquiparatis deductum eſt *ex l. cedere diem 219.* ſic reſolvi poteſt: comparatur quidem obligatio in diẽ,& poſtquã dies extiterit, cũ pura obligatione, reſpectu exiſtentiæ, nõ etiam reſpectu interpel-

pellationis, ita uti in hac, ſic & in illa debitum ſit præſens. At non uti in pura nulla opus eſt interpellatione, ſic non idem in obligatione in diem dici poterit, quoniam curſu medii temporis de voluntate ipſius creditoris certior eſſe poterit debitor. 7. Argumentum explicationem recipit ex 1. & 4. pro communi opinione adductis argumentis. Octavum argumentum nihil difficultatis habet. Eſt enim à contrario ſenſu deductum, cui locus non eſt, quoties vel lex vel juris ratio in contrarium eſt. *Eberh. in top. leg. loco à contrario ſenſu n. 4. & ſeqq.* Quin ut maximè admitteremus, pateretur tamen eãdem reſponſionem, quam damus ad *d. l. trajectitiæ. de O. & A.* nihil ſcilicet obeſſe, quo minus cum diei interpellatione concurrat & hominis admonitio: ut hac duplici admonitione,

tione, tanquam fortioribus conſtri-ctus vinculis debitor nullo modo elabi poſſit. Nam, ut dici ſolet, ſuperabundans cautela non nocet, argumento *l. teſtam. C. de teſtamentis.* Nonum quod proponebatur *ex Vlpian. l. 1. §. licet. 3. de peric. & commod. rei vend.* Cõmuni opinioni admodum favet. Nec enim, ſi velit aſperius agere venditor vinum effundere prohibetur, ſed, ut idem alibi ait, non acerbum ſe exactorem, nec cõtumelioſum præbeat, ſed moderatũ & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum *l. ſi bene 33. de uſur.* Quare, ut ſubjicit. *Si tamen cũ poſſet effundere non effudit, laudandus eſt potius.* Potuit ergo ſi rigoroſum ſe præbens, voluit, non autem debet humanitatis intuitu, *quæ ſi homines eſſe velimus, omninò conſervanda eſt, ut inquit Lactant. 6. Inſtit. divin. 10.*

Deci-

Decimum argumentũ erat *Ferretti*: mora fit ex perſona & ex re. E. nõ ex tempore, ꝗ ſufficeret ſi nõ mora ex re,& ex tempore,ut generis & ſpeciei reſpectũ haberet. Qui n. morã ex re eſſe dicit, idẽ nõ inficiatur,& moram ex tempore poſſe contrahi, qa mora ex re, ut genus conſideratur, quæ in varias diſpeſcitur ſpecies, inter quas non ultima eſt ea quæ ex
41 tempore fieri dicitur. Quod autem dictum eſt, diem pro homine interpellare, illud non ſaltem, de die expreſſe ab homine, verum etiam à lege tacitè adjecto intelligi debet. Caſus eſt notabilis *in l.2. C. de jur. Emphyt.& c.potuit. extr. de locat. & conduct.* In quibus textibus deciditur: Si emphyteuta intra ſtatutum tempus canonem non ſolverit, quod dominus eum, ut maximè monitus non ſit, autoritate judicis expellere poſ-

ſit

ſit Ratio. decidendi elegans eſt in d. l. 2. *cum neminẽ, inquit Imp. oporteat conventionẽ vel admonitionẽ expectare, ſed ultrò ſeſe offerre, & debitũ ſpontanea voluntate perſolvere.* Bald. *in l. f. §. p̃terea. C. de jur. dot. Iacob. de Nigr. in l. ſi inſulam nu. 20. ibid. Signorol. de* 41 *Homodeis. n. 10. Iohan. Hannib. Iohan. Crotus. n. 4. de V. O. quorum repetitiones extant in 6. volum. repetitionũ Dd. Iohan. Aurpach. 2. Epiſtol. quæſtion. 1. Borch. d. c. 7. n. 60.* Quod ex Baldi ſententia *in c. 1. §. ad hæc n. 3. in uſufr. feudor. hic finitur lex.* Recte ad eum extendim⁹, qui ſe facturũ vel curaturũ promiſit, ut inſulam ædificare, judicio ſiſtere, Carthaginem ire, librum ſcribere. Tacite n. & natura rei huic promiſſioni dies ineſt, intra quem ſcilicet inſulam ædificare, Cathaginem ire, & librum conſcribere poſſit promiſſor. *l. interdum. 73. l. ſi inſulam.*

lam.l.continuus.§.1.ff.de V. O. Baldũ tamen magnò conſenſu turmatim noſtri repræhenderunt. *Decius in l. quod te num.44 ff.de reb.cred.Baver. part.2.num.17.de mora. Joban. Crotus.in d.l.ſi inſulam de V.O. Ferret.n. 20.in tract.de mora. Romul.nu.53. de mora.* Primo, ut *Decius* dicit, promittens aliquem in judicio ſiſtere promiſit ſe facturum, vel curaturũ, *l.quoties quis alium.ff.de V.O.* Is autẽ moram non incurrit, niſi interpellatus fuerit.*l.& poſt tres.8.ff.ſi quis caution.in judic.ſiſt.* 2. Utitur ſequentibus. Baver. *d. loco. & quidem c. ex re ſcripto.9.extra de jurejur.* in quo monachi promiſerunt ſe curaturos, & facturos, ut per *gl. in verſic. inhibeatis*, non tamen in mora iidem conſtituuntur, niſi prius interpellentur, ut conſtat ex verbis, *monere curetis*, &c.3. Verba illa curaturum & facturum

Digitized by Google

rum operantur, ut quis promittere factum ſuum videatur. *d. l. quoties quis alium ff. de V. O.* Conſtat autẽ, inquit *Baverius*, qui proprium factũ promittit ſic intelligi, ſi interpelletur. 4. Vaſallus domino in omni vita fidelem fore fidelitatis juramento ſe obſtringit, & curaturum quantum in ipſo eſt, ne dominus ab ullo offendatur. *c. un. de nova form. fidelit. in uſib. feud.* non autem tenetur dominum juvare, niſi ad id requiſit⁹ fuerit. *c. licet. ſi de feud. de funct. fuer. conſent. 2. lib. feud. t. 17.* 5. Argumentum eſt *Ferretti* quia, inquit, nullibi proditum eſt eam vim eſſe in facto, ut mora in eo conſtituatur ex re, cõtra regulam. *d. l. mora. 32. de uſuv.* Pro Baldo tamen ſummopere militat ratio illa Juſtiniani *in d. l. magnã 12. C. de contrah. & committ. ſtipul. l. 2. C. de jur. emphyt. cum ea quæ promiſit,*

ſit, inquit Imp. *ipſe in memoria ſua ſervare, nō ab aliis ſibi manifeſtari debeat poſcere*, quæ, inquam, ratio *Baldi* ſententiæ opitulatur vel maximè. Cum enim is qui promiſit ſe librum conſcripturum, Carthaginem iturum, vel quid ſimile, ignorare non poterit, nec etiã debet ex communi hominum induſtria id certo tempore effici poſſe, ideo nec ignorare, quod huic conſequens eſt, debet, ſi non fecerit, vel curaverit moram ipſum contrahere. *§. omnis ſtipulatio. 2. Inſt. de V. O.* Nec eſt quod replicet, diem hunc valde incertum eſſe, nec multum à conditione diſtare. *l. heres meus de condit. & demonſt.* In his ſiquidẽ factis, cum dies boni viri arbitrio inſit, *l. continuus. 137. §. 3. ff. de V. O.* nulla diei incertitudo attenditur. Nam quę judicis arbitrio cõmittuntur, pro certiſſimis habentur. *text. e-*

leg.

leg.in l.1.ff.de leg. 2. Quin, quod fortius *Baldũ* tuetur, notum vel ex legibus eſt. Si inſulam fieri, ſtipulatio interpoſita ſit, & tranſierit tempus, quo potuit facere promiſſor, poſſe eum nihilominus quando lis conteſtata non eſt, liberari & moram purgare. *l.ſi inſulam 84. & l.continuus.* §. *3 ff.de V. O.* Inevitabile ergo conſequens eſt, moram præceſſiſſe, cum naturæ quadam neceſſitate privatio habitum præſupponat, *niſi quis cum Duareno & Charonda dixerit*, in dictis legibus interpellationem præceſſiſſe, ut ſenſus ſit: tum demum in mora conſtitui debitorem, cum poſt interpellationem tanti temporis ſpacium effluxerit, intra quod facere potuerit. Sed nihil proficies, quoniam JCtus Ulp. *in d.l.ſi inſulam* vim omnem in temporis lapſu conſtituit, ꝙ haud recte faceret, ſi quid, quod

quod ad rem præſentem deſideraretur, omitteret: Unde & *Celſo* placet, non ante agi poſſe ex ea cauſa, quam tempus præteriiſſet, quo inſula ædificari poſſet. *l. ſi ita. 14. ff. de V. O.* Et perperam ante diem agi, Julianus & Ulpian. *dixerunt. l. 2. §. 6. ff. quod cert. loco.* argumento ſcilicet evidenti, ſolo diei lapſu, qui tacitè ineſt, agendi facultatem & moram produci, reſpondentes. Præterea Baldi ſententiam fovet Julianus *in l. quotiens 24. ff. de operis libert.* in qua differentiã ſtatuit inter operas quas patrono libertus debet, & eas, quas ex promiſſione quilibet alius, illarũ proprium illud traditur eſſe, ut ſtipulatio non committatur, niſi eas popoſcerit patronus, nec libertus eas prẹſtiterit, *ut loquitur Cajus in l. cum patr. 22. ff. de operis libert.* Harũ v. peculiare eſſe reſpondit, ut quam-

vis

vis non niſi præteritæ peti poſſint, quia obligationi tractus temporis ineſt, poſtquam tamen dies extiterit, intra quem natura præſtari potuiſſent, citra ullam aliam interpellationem tenetur promiſſor. Facit & pro hac ſententia *l. ſi quis filiũ. §. ſtip. a. 1. de collat. bonor.* quæ in ſpeciali caſu interpellationem requirit. Ergo aliis in caſibus ea non deſiderabitur. *l. quod v. contr. ff. de ll. l. 1. ff. ad municip. Eberh. in top. leg. in loc. à ſpec. nu. 1.* Ratio, ob quam interpellatio requiritur, hæc eſt, ut per eam cōditio exiſtat, quæ tacitè ſtipulationi ineſſe videtur: ſcilicet ut cum ſine voluntate ſtipulatoris conferri non debeat, hæc collatio tunc cedat, cum ſtipulator voluntatem ſuam declaraverit, quod fit interpellatione. Nec temere eſt quod ſtipulationem hanc conditionem habere dicimus. Non

enim committitur, niſi quę ſub conditione fit, & tum quidem cum conditio exiſtit. §. *ſub conditione. inſt. de V. O.* Committi autem eam dicit JCtus. *in d.l.* 5. §. 1. Denique *Baldus* unico argumento, neque enim præcedentia habuit, ſuam ſententiam confirmavit, quod eſt *ex l.1.C.de privat.carcer.* Qua jubentur magiſtrat⁹ curare & facere, ne privati uſum carceris privati ſibi aſſumant, adeo ut ſi negligentes extiterint, & contra facientes non punierint, læſæ majeſtatis crimen incurrant: Magiſtratus tenentur facere vel curare. *ſic Baldus colligit,* & tamen citra interpellationē negligentes puniuntur, neque in mora conſtituuntur. Et per conſequens quilibet alius. Quanquā ſi verū dicere liceat, parum aut nihil textus ille ad rem faciat. Reſpōdet *Decius ad d.l.1.* eam loqui de officiali, qui

qui ex demandati muneris ratione facere tenetur, qua ratione ceſſante in privatis, ceſſabit & idem jus. Stant interim firmiter ſuperiora, *quibus ne obſint antedictæ objectiones, nunc videndum eſt.* I. fuit: *quia qui ſe judicio vel alium ſiſtere promiſit, in mora citra interpellationem non conſtituitur. l. & ſi poſt tres. 8. ſi qs curt. in jud. cauſa fæſt.* Verum id non dicit, *d. l. 8.* quin potius contrarium innuit, & ne decipiamur, obſervandum eſt. *in d. l. 8.* non agi de die tacita, verum ab homine expreſſe adjecta. Cum autem, ut paulò ante dictum eſt, diei tacitæ & expreſſę in hoc tractatu ſimilis, & par ratio ſit, rectè aſſumem' id quod voluit. *d. l. 8.* Si nō comparuerit, ipſo quidem jure moram incurrere, ſed ex æquitate exceptionem ei dandam eſſe, ſi jus actoris non ſit factum deterius (ut ait JCtus) quod

H 2 poſte-

poſterius innuit moram commiſſam eſſe, ſed eam purgari, ac nos cõfirmat. *Baverius ad id inſuper trahere auſus eſt l. ſancimus 26. C. de fideicommiſſ.* quæ itidẽ loquitur in caſu diei expreſsè adjectæ, nec negat quin poſt tempus ſtipulatio pænalis cõmiſſa ſit, etſi non protinus efficaciter, id enim eſt ex jure novo & Juſtiniani beneficio. *Non quoq; obſtat d. cap. ex reſcript. ext. de jurejur.* quia nos loquimur de obligatione, quæ factum habet ſucceſſivum, non etjam quod factum habet, ut ſic dicã, momentaneum, veluti 100. ſolvere. *argum. l. 23. ff. de V. O. Alex. in l. ſi ſtipulatus. de V. O.* & de tali facto loquitur. *d. c. ex reſcripto.* nempe ſolutione 8000. ſolidorum, cui cum citra diei adjectionem nullum tempus, intra & per quod moneri poſſit de voluntate creditoris debitor, cõſecta-

ſectarium eſt omninò interpellatione opus eſſe. 3. *Argumentum fuit Baverii*, quod eadem facilitate, qua ab ipſo prolatum eſt, donec certior probandi modus adferatur, negare poſſumus. 4. *Argumentum tale fuit:* Vaſallus tenetur facere vel curare, & non tamen citra interpellationẽ. *d.c.licet, ſi de feud. defunct. content. ſit, &c.* Rectiſſimè, & ne vim aliquam ponamus in regula communi, conſuetudines feudales eſſe ſpeciales, & non facilè ad conſequentiam trahendas. *Bart. in l. ut jurisjurandi. ff. de operis libert.* Puto id dici ſic debere. Nam conſideramus factum ſucceſſivum, cuique dies ex natura rei ineſt, At vaſalli factum citra ullius diei conſiderationem eſt, Poteſt n. contingere, ut dominus nunquam eius auxilio egeat, aut ſi caſus ille extiterit, vaſallum latere poterit, ut

ita dies hic planè incertus ſit, quià conditione non diſtat. *l. hæres meus. de condit. & demonſt.* Quæ incertitudo ne vaſallo noceat, jus tale conſtitui debuit, niſi ſciat domino grave periculum imminere, tunc enim ultrò adjutorium, ut loquitur Feudiſta, præbere debet. *d.c. licet. 5. Argumentum habuit Ferretus*, verũ infirmitas ejus ex ſupr. adductis pro noſtra opinione in confeſſo eſt. *Alexand. in l. quod te. ff. de Reb. credit. Aretin. in l. 23. ff. de V. O. Cravet. conſil. 64. nu. 1. Menoch. de caſ. 220. n. 20.*

42 Nono, mora ex re contrahitur in delictis, ut in furto, *quo nihil eſt turpius ingenuo, nihil minus libero dignũ.* Cic. 4. Act. in Verr. *l. in re furtiva. 8. ibi ſemper enim fur moram facere videtur. & l. ult. ibi ſemper moram facere. ff. de condict. furtiv.* in crimine abacti pecoris *l. ult. C. de condict. ob turp. cauſ.*

cauſ. & per vim poſſeſſionis occupatæ. *l. penult. ibi quia ex ipſo tempore delicti plus quam fruſtrator debitor conſtitutus eſt. ff. de vi & vi armat.* Rapinæ. §. *f. Inſt. de vi bon. raptor.* & ſimilium. Cum enim hi omnes intelligant, ſe invito domino rem contrectare, poſſidere, & rapere, *l. ultim. ibi omnes ſcire debent quod ſuum non eſt hoc ad alios modis omnibus pertinere. C. unde vi.* Unde Demoſthenes furi dicenti, neſciebam quod tuum eſſet, at tuum non eſſe ſciebas, reſpondit, fruſtra ſanè fuerit eosdem interpellare, & de domini voluntate certiores reddere. *l. 1. in fin. ff. de action. emption.* Quo furis & moroſi non uno in loco æquiparatio pertinet. *l. inter ſtipulantem 83. §. penult. ff. de Verb. Obl. l. eum qui 30. §. ſi juravit. 1. ff. de jurejur.* & ne alias ex ſua improbitate,

& delicto emolumentum aliquod conſequatur. *l. 5. ff. de calumniator.* opponi poteſt. *l. ſcire debemus 29. §. ſi à fure. ff. de V. Obl.* in qua JCtus ait. Quod ſi poſtea ſine mora deceſſiſſe proponatur ſervus, non teneri furē condictione Marcellus ait, quod ſanè contra illud eſt, quod ante diximus furem in re reſtituenda ſemper moram facere videri. *l. 8. l. f. ff. de condict. indeb.* Verum conſiderandum eſt in ſpecie. *d. §. ſi à fure*, dominum rei à fure ſtipulatū eſſe, *quod ex cauſa condictionis dare facere oportebat*, qua ſtipulatione mora furis purgata eſt, Nam, ut Papinianus ait, parvi refert ad tollendam condictionem offeratur Servus furtivus, an in aliud nomen aliumque ſtatum obligationis transferatur. *l. 17. ff. de condict. furtiv.* Ideoque hoc caſu non tenebitur fur de interitu, niſi poſtmodū novam

novam moram commiſerit. *d.* §. *ſi à fure.* Verum non in eleganter replicari poterit, inutilem ſcilicet eam ſtipulationẽ domini fore, cum rem ſuam ſibi dari ſtipuletur, dare autem eſt dominium transferre, Dominiũ autem non poteſt niſi ex una cauſa contingere. *l.3.§.ex pluribus.ff. de acquir.vel omitt.poſſ.* Atq; hanc ipſam dubitandi rationem proponit. *Vlpian.in d.l.ſcire debemus. §.ſi à fure*, verum reſponſionis Ulpianeæ ratio in promptu eſt. Cum enim condictione is qui furtum fecit teneatur, & non alius. *l.ex cauſa 5.ff.de condict. furtiv.* & in eam non ſolum res ipſa, verum etiam id quod intereſt veniat, veluti ſi Servus hæres ſit inſtitutus, & periculum ſubeat dominus hæreditatis perdendæ, *l. ſi condicatur.ff.d.condict.furtiv.* poterit dominus, *quod ex cauſa condictionis dare*

facere oportet ſtipulari, eaque ſtipulatione tollitur condictio *d.l.parvi.17. ff.de condict.indeb.* atque eo nomine dici poteſt eum teneri dare, cum æſtimatio ejus quod intereſt ad pecuniam numeratam redigatur. *l.ſi quis ab alio. §.f. ff. de re jud.* quam dari oportet. *l.ſtipulationes non dividuntur, fin.princ.ff.de V.O.*

34 Decimo mora ex re contrahitur in ſpecie *l.in eum diem 40.ff. de uſur.* quæ talis eſt, Titius creditor, cui pignora erant obligata, pluris eadem vendidit: & reſiduum pretii penes ſe retinuit. Reſp. JCtus *in eum diem, à quo pignora diſtraxit, rectè uſurarũ fieri reputationem* quod nihil aliud eſt, quam moram ex re oriri. *l. ſi autẽ 7.de pignor. act.* quoniam aliàs interpellatione moram inducente non à die diſtractionis, ſed interpellationis ea naſceretur. *l. mora 32. de uſur.* &

& ſcit creditor ſe non ſuum retinere, atque ita modis omnibus ad alium pertinere, quæ ratio deducitur ex conjunctione. *d. l. f. C. unde vi. l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. 2. C. de jur. Emphyt.*

Undecimo fit in caſu, *l. 1. §. 1. de uſur.* Socius ſi ideo, ait JCtus, condemnandus erit, quod communem pecuniam invaſerit, vel in uſus ſuos converterit, omnimodo etiam mora nō interveniente (ſcilicet ex perſona uti explicavi c. 3. num. 12.) præſtabuntur uſuræ. Cum enim ſocietas jus quoddam fraternitatis, & æqualitatis inducat. *l. verum eſt 63. ff. pro ſocio* eidemque quam maximè contraria ſit communis rei in uſum proprium comverſio, quā uſq; adeo turpem cenſuit Pomponius, ut furti eo nomine agi poſſe admiſerit. *in l. res communis 45. ff. pro ſocio.* 44

Non ſanè abs re fuerit eam morę incommodis afficere. *l. ſi ſocium 60. ff. pro ſoc.*

45 Duodecimo contrahitur eadem *in l. pecuniæ. 9. §. 1. ff. de uſur.* ubi dicitur ſtipulationem uſurarum, quamvis debitor non conveniatur, ſua die committi. Ratio eſt *in d. l. magnam C. d. contrah. & committ. ſtipul. l. 2. C. de jur.* Coincidit autem cum *d. l. 9. §. 1.* ejusdem Papiniani reſponſum *in l. 1. §. pacto placuit. ff. de pignor.* quod n. ibidem, ad diem minore fænore non ſoluto, legitimas majores uſuras ſtipulanti recte promitti poſſe, dixit, idem *in d. l. 9. §. 1.* innuit, nec inutilis, inquit, legitimæ uſuræ ſtipulatio videtur, ſub ea conditione concepta. Si minores ad diem ſolutæ nō fuerint? quia non pæna, ſed fænus uberius juxta rationem ſortis promit-

mittitur: cum enim potuerit in initio illud ſtipulari, rationis certè fuerit, ceſſante in minorum uſurarum ſolutione debitore, minimè id inhibendum eſſe, niſi tamen poſt mortẽ creditoris nemo fuit, cui pecunia ſolveretur, ejus temporis inculpatã eſſe moram conſtitit. Ideoque ſi majores. uſuræ pro minoribus petantur, exceptio doli mali nõ inutiliter opponitur. Cui contrariari notat Accurſ. *l. evictis agris. 18. §. 1.* poſt traditam (ait) poſſeſſionem defuncto venditore, cui ſucceſſor incertus fuit, medii quoq; temporis uſuræ precii, quod in cauſa depoſiti non fuit, præſtabuntur. *ff. de uſur.* reſpondit idem, moram ipſi venditori factam eſſe, quæ jure hæreditario ad hæredes transmittitur. *l. cum patrifamil. 37 ff. de uſur.* Non vero *in d. l. 9. §. 1.* Sed moram demum cepiſſe mortuo

Digitized by Google

creditore, & nondum hærede ullo extante, quæ inculpata eſt. Opponitur & *l.ult.ff. de naut.fæn.* verũ ibi nõ erat qui ſolveret, erat qui reciperet, nos vero loqmur de eo caſu ubi nõ eſt recipiens, ratio diverſitatis eſt, quoniam *in d.l.ult.* cõmittitur mora ex re, quæ manet, licet non ſit debitor, noſtro vero in caſu hoc maximè agit debitor ne incurrat, quare cum nullus ſit, cui ſolvere poſſit, utiq; nihil ei imputari poterit. *arg. l.cum q-dam.17.§.ſi pupillo.ff.de uſur.* Alios in ſuper caſus moræ ex re notat. *Paul. in l.videamus.38.§.1.ff. de uſur.* quos pro induſtria veſtra excutietis.

Decimo tertio, ſuperioribus ad-
46 diderunt noſtri juramentum, qui enim ſub eo promiſit, in mora ſine interpellatione conſtituitur. *in qua opinione ſunt Speculat. Butr. quos refert & ſequitur Bertachin. in ſuo repertorio*

pertorio ver. Iuramenti effectus, Decius in l. quod te. num. 43. lectione ſen. de reb. cred. Roland. à Vall. 1. conſil. 57. n. 45. Didac. Covar. 3. variar. reſolut. 17. n. 5. & placet Bartolom. Romuleo *in d. compendio moræ. n. 46.* & communem eſſe dicit. *Menoch. d. caſu 220. n. 21.* & magis communem *Anton. Gabriel. 2. de jurejur. concluſ. 2.*

Primò, quia juramentum non ſecus interpellat quam dies *Franciſ. Cremenſ. in ſingul. 123. Anton. de Petrucia. in l. 1. verſ. vigeſimus quartus effectus nu. 232. ff. de jurejur.* ut enim diei adventu de ſolutione monetur *d. l. magnam C. de contrah. ſtipulat.* & debitori de voluntate creditoris certa conſtat. *l. 2. C. de jur. Emphyt.* ſimiliter jurans ſatis requiſitus, & certus ſtimulo juramenti eſt. *Capell. Tholoſan. deciſ. 407. in 5. limitat.* Nam qui jurat non ſolum parti jurat, ſed

poſterius innuit moram commiſſam eſſe, ſed eam purgari, ac nos cõfirmat. *Baverius ad id inſuper trahere auſus eſt l. ſancimus 26. C. de fideicommiſſ.* quæ itidẽ loquitur in caſu diei expreſsè adjectæ, nec negat quin poſt tempus ſtipulatio pænalis cõmiſſa ſit, etſi non protinus efficaciter, id enim eſt ex jure novò & Juſtiniani beneficio. *Non quoq; obſtat d. cap. ex reſcript. ext. de jurejur.* quia nos loquimur de obligatione, quæ factum habet ſucceſſivum, non etjam quod factum habet, ut ſic dicã, momentaneum, veluti 100. ſolvere. *argum. l. 23. ff. de V. O. Alex. in l. ſi ſtipulatus. de V. O.* & de tali facto loquitur. *d. c. ex reſcripto.* nempe ſolutione 8000. ſolidorum, cui cum citra diei adjectionem nullum tempus, intra & per quod moneri poſſit de voluntate creditoris debitor, cõſecta-

Digitized by Google

ſectarium eſt omninò interpellatione opus eſſe. *3. Argumentum fuit Baverii,* quod eadem facilitate, qua ab ipſo prolatum eſt, donec certior probandi modus adferatur, negare poſſumus. *4. Argumentum tale fuit:* Vaſallus tenetur facere vel curare, & non tamen citra interpellationē. *d.c.licet, ſi de feud.defuuct. content.ſit, &c.* Rectiſſimè, & ne vim aliquam ponamus in regula communi, conſuetudines feudales eſſe ſpeciales, & non facilè ad conſequentiam trahendas. *Bart. in l. ut jurisjurandi. ff. de operis libert.* Puto id dici ſic debere. Nam conſideramus factum ſucceſſivum, cuique dies ex natura rei ineſt, At vaſalli factum citra ullius diei conſiderationem eſt, Poteſt n. contingere, ut dominus nunquam eius auxilio egeat, aut ſi caſus ille extiterit, vaſallum latere poterit, ut

ita dies hic planè incertus ſit, quià conditione non diſtat. *l. hæres meus. de condit. & demonſt.* Quæ incertitudo ne vaſallio noceat, jus tale conſtitui debuit, niſi ſciat domino grave periculum imminere, tunc enim ultrò adjutorium, ut loquitur Feudiſta, præbere debet. *d. c. licet. 5. Argumentum habuit Ferretus*, verũ infirmitas ejus ex ſupr. adductis pro noſtra opinione in confeſſo eſt. *Alexand. in l. quod te. ff. de Reb. credit. Aretin. in l. 23. ff. de V. O. Cravet. conſil. 64. nu. 1. Menoch. de caſ. 220. n. 20.*

42 Nono, mora ex re contrahitur in delictis, ut in furto, *quo nihil eſt turpius ingenuo, nihil minus libero dignũ.* Cic. 4. Act. in Verr. *l. in re furtiva. 8. ibi ſemper enim fur moram facere videtur. & l. ult. ibi ſemper moram facere. ff. de condict. furtiv.* in crimine abacti pecoris *l. ult. C. de condict. ob turp. cauſ.*

Digitized by Google

cauſ. & per vim poſſeſſionis occupatæ. *l. penult. ibi quia ex ipſo tempore delicti plus quam fruſtrator debitor conſtitutus eſt. ff. de vi & vi armat.* Rapinæ. §. *f. Inſt. de vi bon. raptor.* & ſimilium. Cum enim hi omnes intelligant, ſe invito domino rem contrectare, poſſidere, & rapere, *l. ultim. ibi omnes ſcire debent quod ſuum non eſt hoc ad alios modis omnibus pertinere. C. unde vi.* Unde Demoſthenes furi dicenti, neſciebam quod tuum eſſet, at tuum non eſſe ſciebas, reſpondit, fruſtra ſanè fuerit eosdem interpellare, & de domini voluntate certiores reddere. *l. 1. in fin. ff. de action. emption.* Quo furis & moroſi non uno in loco æquiparatio pertinet. *l. inter ſtipulantem 83. §. penult. ff. de Verb. Obl. l. eum qui 30. § ſi juravit. 1. ff. de jurejur.* & ne alias ex ſua improbitate,

 & de-

& delicto emolumentum aliquod conſequatur. *l. 5. ff. de calumniator.* opponi poteſt. *l. ſcire debemus 29. §. ſi à fure. ff. de V. Obl.* in qua JCtus ait. Quod ſi poſtea ſine mora deceſſiſſe proponatur ſervus, non teneri furē condictione Marcellus ait, quod ſanè contra illud eſt, quod ante diximus furem in re reſtituenda ſemper moram facere videri. *l. 8. l. f. ff. de condict. indeb.* Verum conſiderandum eſt in ſpecie. *d. §. ſi à fure*, dominum rei à fure ſtipulatū eſſe, *quod ex cauſa condictionis dare facere oportebat*, qua ſtipulatione mora furis purgata eſt, Nam, ut Papinianus ait, parvi refert ad tollendam condictionem offeratur Servus furtivus, an in aliud nomen aliumque ſtatum obligationis trausferatur. *l. 17. ff. de condict. furtiv.* Ideoque hoc caſu non tenebitur fur de interitu, niſi poſtmodū novam

novam moram commiſerit. *d.* §. *ſi à fure*. Verum non in eleganter replicari poterit, inutilem ſcilicet eam ſtipulationẽ domini fore, cum rem ſuam ſibi dari ſtipuletur, dare autem eſt dominium transferre, Dominiũ autem non poteſt niſi ex una cauſa contingere. *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. vel omitt. poſſ.* Atq; hanc ipſam dubitandi rationem proponit. *Vlpian. in d. l. ſcire debemus. §. ſi à fure*, verum reſponſionis Ulpianeæ ratio in promptu eſt. Cum enim condictione is qui furtum fecit teneatur, & non alius. *l. ex cauſa 5. ff. de condict. furtiv.* & in eam non ſolum res ipſa, verum etiam id quod intereſt veniat, veluti ſi Servus hæres ſit inſtitutus, & periculum ſubeat dominus hæreditatis perdendæ, *l. ſi condicatur. ff. d. condict. furtiv.* poterit dominus, *quod ex cauſa condictionis dare*

facere oportet ſtipulari, eaque ſtipulatione tollitur condictio *d.l.parvi.17. ff.de condict.indeb.* atque eo nomine dici poteſt eum teneri dare, cum æſtimatio ejus quod intereſt ad pecuniam numeratam redigatur. *l.ſi quis ab alio. §.f. ff. de re jud.* quam dari oportet. *l.ſtipulationes non dividuntur, fin.princ.ff.de V.O.*

34 Decimo mora ex re contrahitur in ſpecie *l.in eum diem 40.ff. de uſur.* quæ talis eſt, Titius creditor, cui pignora erant obligata, pluris eadem vendidit: & reſiduum pretii penes ſe retinuit. Reſp. JCtus *in eum diem, à quo pignora diſtraxit, rectè uſurarū fieri reputationem* quod nihil aliud eſt, quam moram ex re oriri. *l. ſi autē 7. de pignor. act.* quoniam aliàs interpellatione moram inducente non à die diſtractionis, ſed interpellationis ea naſceretur. *l. mora 32. de uſur.*

&

& ſcit creditor ſe non ſuum retinere, atque ita modis omnibus ad alium pertinere, quæ ratio deducitur ex conjunctione. *d. l. f. C. unde vi. l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. 2. C. de jur. Emphyt.*

Undecimo fit in caſu, *l. 1. §. 1. de uſur.* Socius ſi ideo, ait JCtus, condemnandus erit, quod communem pecuniam invaſerit, vel in uſus ſuos converterit, omnimodo etiam mora nō interveniente (ſcilicet ex perſona uti explicavi c. 3. num. 12.) præſtabuntur uſuræ. Cum enim ſocietas jus quoddam fraternitatis, & æqualitatis inducat. *l. verum eſt 63. ff. pro ſocio* eidemque quam maximè contraria ſit communis rei in uſum proprium converſio, quā usq; adeo turpem cenſuit Pomponius, ut furti eo nomine agi poſſe admiſerit. *in l. res communis 45. ff. pro ſocio.* 44

Non ſanè abs re fuerit eam morę incommodis afficere. *l. ſi ſocium 60. ff. pro ſoc.*

45 Duodecimo contrahitur eadem *in l. pecuniæ. 9. §. 1. ff. de uſur.* ubi dicitur ſtipulationem uſurarum, quamvis debitor non conveniatur, ſua die committi. Ratio eſt *in d. l. magnam C. d. contrah. & committ. ſtipul. l. 2. C. de jur.* Coincidit autem cum *d. l. 9. §. 1.* ejusdem Papiniani reſponſum *in l. 1. §. pacto placuit. ff. de pignor.* quod n. ibidem, ad diem minore fænore non ſoluto, legitimas majores uſuras ſtipulanti recte promitti poſſe, dixit, idem *in d. l. 9. §. 1.* innuit, nec inutilis, inquit, legitimæ uſuræ ſtipulatio videtur, ſub ea conditione concepta. Si minores ad diem ſolutæ nō fuerint? quia non pæna, ſed fænus uberius juxta rationem ſortis promit-

mittitur: cum enim potuerit in initio illud ſtipulari, rationis certè fuerit, ceſſante in minorum uſurarum ſolutione debitore, minimè id inhibendum eſſe, niſi tamen poſt mortẽ creditoris nemo fuit, cui pecunia ſolveretur, ejus temporis inculpatã eſſe moram conſtitit. Ideoque ſi majores. uſuræ pro minoribus petantur, exceptio doli mali nõ inutiliter opponitur. Cui contrariari notat Accurſ. *l. evictis agris. 18. §. 1.* poſt traditam (ait) poſſeſſionem defuncto venditore, cui ſucceſſor incertus fuit, medii quoq; temporis uſuræ precii, quod in cauſa depoſiti non fuit, præſtabuntur. *ff. de uſur.* reſpondit idem, moram ipſi venditori factam eſſe, quæ jure hæreditario ad hæredes transmittitur. *l. cum patrifamil. 37 ff. de uſur.* Non vero *in d. l. 9. §. 1.* Sed moram demum cepiſſe mortuo

pertorio ver. Iuramenti effectus, Decius in l. quod te. num. 43. lectione ſen. de reb. cred. Roland. à Vall. 1. conſil. 57. n. 45. Didac. Covar. 3. variar. reſolut. 17. n. 5. & placet Bartolom. Romuleo *in d. compendio moræ. n. 46.* & communem eſſe dicit. *Menoch. d. caſu 220. n. 21.* & magis communem *Anton. Gabriel. 2. de jurejur. concluſ. 2.*

Primò, quia juramentum non ſecus interpellat quam dies *Franciſ. Cremenſ. in ſingul. 123. Anton. de Petrucia. in l. 1. verſ. vigeſimus quartus effectus nu. 232. ff. de jurejur.* ut enim diei adventu de ſolutione monetur *d. l. magnam C. de contrah. ſtipulat.* & debitori de voluntate creditoris certa conſtat. *l. 2. C. de jur. Emphyt.* ſimiliter jurans ſatis requiſitus, & certus ſtimulo juramenti eſt. *Capell. Tholoſan. deciſ. 407. in 5. limitat.* Nam qui jurat non ſolum parti jurat,

ſed

ſed Deo. *c. debitores. extr. de jurejur.* ideo conſcientia & Deus eum admonet, ut amplius admonendus nõ ſit. *l. 1. in fin. ff. dr action. empt.* Secundò, quoniam juramentum & ſentẽtia comparantur. *l. actori. C. de rebus. credit.* & majorem authoritatem habet, quam res judicata. *l. 2. ff. de jurejurand.* nemo autem dixerit poſt rẽ judicatam, aut ſententiam ulla opus eſſe interpellatione. Ergo neque in juramento. Tertio, quoniam duo vincula fortius ſtringere debent quã unicum. *§. ſed hodie inſt. de adoption.* ubi autem ſimplex eſt promiſſio, requiritur interpellatio. Ergo ubi acceſſit juramentũ, ut aliquid id plus operetur, nulla opus erit interpellatione. Quarto, Juramentum habet vim litis conteſtationis. *l. nam poſtea 9. § ſi is qui temporali. 3. ff. de jurejur.* Ergo ut lite conteſtata in mora con-

ſtitui-

ſtituitur debitor. *l. 3. de uſur.* ſimiliter & juramento. Quintò, quoniam juramentum reddit alias validū, quod eſt invalidum. Unde licet minoris res alienari prohibitę ſint. *l. 1. de reb. eor. &c.* Si tamen acceſſerit juramētum, valet alienatio. *Auth. Sacramēta puberum C. ſi adverſ. vendit.* Sic fundi dotalis, alienatio prohibita eſt lege Julia. *tot. tit. de fund. dotal.* per mulieris tamen juramentum confirmari ſolet. *c. 2. de jurejur. in 6.* Et facit actum valere eo modo quo melius poteſt. *l. cū pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Matteſilan. ſingul. 56. Anton. d. Petrutia. n. 85. in d. l. 1. de jurejurand.* Sexto moventur. *c. querelam. 10. extr. de jurejur.* in cujus ſpecie, aliquis ſingulis annis ſe duos biſantios ſoluturum juraverat, quod ſi in ſolutione per biennium ceſſaverit, citra interpellationem moram incurrit,

Digitized by Google

incurrit, & ab Eccleſia removetur. Contrarium ſententiam habuerunt *Bartol.in l.eum qui §.ſi juravero.ff. de jurejur. Alexand.in l.quod te ff.ſi cert. pet. quem ibidem poſt alios ſequitur Butigell. num.55. Gomeſ.in §. ſi quis poſtulante. Inſt. de action. & alii quos refert Gabriel.d.loco. n.2. Baver. p.2. n.21.d.mor.Ferret. nu.18.de mora.* argumenta hæc ſunt, quoniam iniquũ eſt, ut quis uno & eodem tempore obligetur, & in mora conſtituatur. *l.quod dicimus.105.ff.de ſolut.* id autẽ in propoſito contingeret, quoniam tempore obligationis juramentum interpoſitum ſtatuimus. Secundo, quia juramentum ſequitur naturam ejus actus cui adjicitur. *l.final. C.d. non numer.* & quidem primordialẽ non accidentalem. *Covar.d.c.17.nu.5. Anton.de Petruc. ad d.l.1.nu.83. de jurejur. qui dictam regulam. num. 61.*

&

& multis ſequentibus latè explicat. Eſt enim juramentum quoddam acceſſorium ſeu ſequela ad diſpoſitiōnem ſuper qua interponitur, ita ut non poſſit non ſequi naturam ſui principalis. *c. acceſſorium. de Regul. Iur. in 6. l. patris & filii. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Quapropter ſi contractus ejus generis ſit, ut moram non niſi interpellatio procreet, non mutabitur juramenti adjectione. Tertio Regulæ ſtandum eſt, donec doceatur de exceptione. *l. ab ea parte. 5. ff. d. probat. l. 4. §. 1. ff. d. hæred. petit. notat Decius & communiter in l. 1. d. Regulis Iuris.* Regula autem hæc eſt. Moram citra interpellationem non committi *l. mor. 32. ff. de uſur. l. ſi ex legati cauſa. 23. ff. d. V. O.* à qua caſus propoſitus exceptus non reperitur, Ergo. Quartò, Vaſall⁹ obligatus eſt juramẽto domino ad ſervitia.

viſia.*c.un.de nov.form.fidel.* Is tamen licet domino ſervitium non offerat: quantocunq; tempore ſteterit (dũmodo domino petenti ſervire paratus ſit) beneficium non amittit. *c.un. §.licet.ſi de feud.defunct.content. &c.* Quintò, Juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. *cap.1. ver. Quia vero in ſtatutis, de jurejur. in 6.* Iniquum vero eſſet debitorem moræ effectibus ſubjici, cum nulla juſta cauſa ſit, propter quam intelligere poteſt ſe dare oportere. *l. quod te. 5. ff. de reb. credit.* Sexto, ſi in mora ipſo jure conſtituatur debitor, neceſſum ut illud contingat vel virtute contractus, vel juramenti, non contractus, quoniam eum proponimus, qui citra interpellationem moram provocare potens non eſt, nõ quoq; juramenti, quoniam illud non eſt modus augendæ, aut inducendæ ob-

obligationis ne quidem naturalis. *l.ſi quis pro eo. in pr. 57. ff. de fidejuſſor.* Septimo argumento ducto, *ex c. brevi. extr. de jurejur.* probatur, in quo aliquis jura cujusdam Eccleſiæ ſervare ac pro poſſe, utor verbis textus, defendere juravit: qui ſuper hoc requiſitus, appellavit, quæritur an appellatio eum à perjurii reatu liberet? Reſpondet Pontifex, appellantem à perjurio appellatio non excuſat, imò (niſi difficultas exiſtit propter, quam requiſitus non poſſit Eccleſiæ ſubvenire) culpa perjurii irretitur, Ecce, ſub juramento defenſionem promiſit, nec tamen ſine interpellatione, textus eum requiſitum fuiſſe bis ingeminat, in mora conſtituitur, ut perjurii crimẽ incurriſſe dici poſſit, atque hanc opinionem ſic à me confirmatam non inviti recipietis, facturi haud dubiè, *ſi oppoſita brevi-*

bus

bus refutavero. Quod ergo primo dicebatur, juramento non ſecus ac diei lapſu debitorem moneri, falsũ eſt. Dies quippe ſolutionis juramẽtum autem firmioris obligationis gratia adjicitur, nec ſanè magis juramento reſpectu ſolutionis debitor, quam ſimplici promiſſione monetur. Æquiparationem juramenti & ſententiæ quod attinet. reſpondeo eam procedere in juramento litis deciſorio, non etiam juramento obligante aut confirmante, cujus major vis non eſt quam cujusvis pacti. *l. Tutor.* §. *1. l. ſed & Serv. ff. de jurejur. Iacob. Cujac. 22. obſer. 7.* Quod pro tertio opponebatur, duo vincula fortius ſtringere quam unum, admittimus reſpectu efficatioris obligationis, at non moræ procreandæ, efficacia autem obligationis non eſt cauſa conſtituendæ moræ, ſed inter-

Digitized by Google

terpellatio tacita vel expreſſa, quarum nulla eſt in juramento. Quarta objectio, qua dicebatur juramentũ habere vim litis conteſtationis, admittitur in juramento litis deciſorio non etiam confirmante, de quo nos agimus. Quintum argumentũ à Scopo alienum eſt, quoniam in terminis contractus validi verſamur, & ut maximè omnia in eo contenta (de quibus nunc non diſputo) admitterentur, nihil tamen minus ex iis probaretur quam moram juramento induci. Non deniq; obſtat, *d. c. querel.* quoniam & rationabiliter, quia canonem per bienniũ non ſolvit, nullo prę́ſtito juramento privari re poterit, *c. penult. & ult. extr. loc. notat. gloſ. ad d. c. quærelam.* ut ſic vis peculiaris hæc juramenti non ſit.

Decimo quarto, moram ex re, ubi promiſſio geminata eſt, contrahi reſpon- 47

ſpondit. *Socin. Senior. in conſil. 133. n. 15. lib. 1. quem ſequitur Menoch. conſil. 924. n. 2. dub. lib. 10. & d. caſ. 220. n. 25* & ante eos Johan. Sadolet. *in l. quod te. num. 86. ff. ſi cert. pet.* quoniam geminatio majoris eſt effectus, quam diſpoſitio univerſalis ſimplex *Cephal. conſil. 126. num. 18. Aymon. Cravet. c. 105. num. 4. Anton. Corſet. in ſingul. in ver. habeatur num.* 2. ubi ait. *quod verba geminata ſunt nimis generalia, & multum prægnantia arg. ejus quod notatur in l. balliſta. ff. ad Trebel.* & geminatio facit, ut ſub diſpoſitione comprehendantur illa, quæ alioquin ſub ea non continerentur. *Everard. in loc. à vi geminat.* ubi ſubjicit, quod qui bis aliquid facit, non poſſit contra id opponere, quia ubi intervenit geminatio ibi præſumitur plena deliberatio. *c. & hoc vero jubemus. Novell. ut nulli judic.* quod

etiam

etiam reſpondit *Tiber. Decian. 2. cõſil. 39. n. 92. ubi & alia de geminatione videre licet. Roland. à Vall. 1. conſil. 39. n. 44. & 1. conſil. 27. num. 21. Weſemb. conſil. 4. n. 30.* ex quibus plurimi tradiderunt, quoties actus reiteratus eſt, tunc beneficium *l. 2. C. d. reſcind. vendit.* ceſſare. *Decius. conſil. 216. Covar. ad c. quamvis. p. 3. §. ultim. ver. octava concluſ.* & ſi quis geminatè fateatur, ſe pecuniam accepiſſe tolli exceptionem non numeratæ pecuniæ. *Abbas in c. ſi cautio. de fid. inſtrum. Tib. Decian. 2. conſil. 39. nu. 94.* Hęc & ſimilia imitatione magis, quã judicio noſtri tradunt, de quibus nunc nõ disquiro, vos periculo meo firmiter ſtatuite, *moram ex re geminata promiſſione non induci*, quoniã reiteratio conſenſus nihil aliud præſtat, quam ut efficacius obligetur debitor. Efficacia autem obligatio-

nis nihil facit ad producendam moram, ſicuti de juramento traditum eſt, cui actus geminatus comparari ſolet. *Nicol. Everard. in d. l. à vi geminat. n. 3.* & aliàs id inconveniens ſequeretur moram & obligationem uno & eodem tempore oriri. *l. quod dicimus. 105. ff. d. ſolut.* cum tamen illa ſui natura hanc ſequi debeat.

48 Decimo quinto mora ex reipſa fit *in ſpecie l. maritus. pen. ff. de uſur.* Maritus uxori ſuæ bonorum tertiæ partis uſumfructum, & ſi ex eo liberos habuiſſet, proprietatem ejusdẽ portionis legavit: heredes uxorem falſi teſtamenti, & aliorum criminum accuſarunt, ita ut mulier legatum petere impedita fuerit, pendente accuſatione mulieri natus eſt filius, atque ita conditio proprietatis relictæ extitit. Quæſitum eſſe proponit Scævola, cum falſum teſtamentum non

non eſſe appareat, an etiam fructus mulieri præſtari debeant? movet dubitationem, quod mulier hæredes non interpellaverit, qua non obſtãte, reſpondit JCtus præſtandos, cum enim dolo fecerint hæredes petitionem legati impedientes, qui ipſis patrocinari. *l. 1. d. dol. mal. & met. except. l. 1. §. ſed & ſi quis. 7. ff. quod vi aut clam.* mulieri autem obeſſe non debet, perinde reipſa moram incurrent, ac ſi interpellati eſſent.

Decimo ſexto & ultimo, moræ ex re exemplum eſt, *in l. item veniunt. §. petitam autem ff. de petit. hæred.* in quo cum debitor fiſci ſit, non incommodè referri poterit ad caſum quartum *ſub. num. 8.* 49

CAPUT V.

Quomodo ex perſona mora contrahatur.

SUMMARIUM.

1. *Mora ex perſona quando contrahatur?*
2. *Cur ſic dicta?*
3. *Nihil intereſt utrum à creditore, vel ejus procuratore interpelletur debitor.*
4. *Interpellatio fit Teſtato, & verbis claris.*
5. *Vtrum generalis hæc admonitio,* Indigeo pecunia mea quam habes, *cedat pro interpellatione, argumentis pro & contra adductis inqui-*

Digitized by Google

quiritur. num. 6. 7. Vbi & num. 8. novè contennitur, nulla opus eſſe inſtantia.

9. Interpellatio fieri debet tempore, & loco idoneis.

10. Quis locus cenſeatur idoneus?

11. Quodnam tempus?

12. Interpellatio duplex eſt.

13. An per libelli oblationem debitor iu mora conſtituatur?

14. An interpellatio extrajudicialis ſufficiat?

15. Non ſufficit extrajudicialis, ubi decretum neceſſarium eſt.

16. An unica interpellatio ſufficiat!

17. An conditionis eventus ſine

interpellatione in mora conſtituat?

18. Poſt interpellationem modicum tempus adhuc dandum eſt.

1 MArtianus *lib.4 Regularum* moram ex perſona committi dicit, ſi debitor oportuno loco, & tẽpore interpellatus non ſolverit. *l.*
2 *mora.32.in pr.ff.d.uſur. l.ſi ex leg.23. ff.d.V.O. l.ſi penũ.24.quando dies legator. l.fidej.obligari §.f.ff. de fidejuſſ.* Quæ ideo ex perſona dicitur, non q͞ perſonæ cohæreat, ſed quia naſcitur ex interpellatione perſonæ ejus, cui
3 debetur. Nihil autem intereſt ab ipſo creditore, vel alio, cui is mandavit, quis moneatur, nec enim hoc caſu per liberam perſonam acquiri videtur, ſed officium impleri, *inquit Paulus in l.ſi qs 24.§.2.ff. de uſur.* Fit

autem

autem hæc interpellatio teſtato, id eſt, teſtibus adhibitis. *l. qui Romæ. in pr. & §. cohæredes. ff. d. V. O. Iacob. Cujac. ad African. in explic. l. 27. in fin. tract. 8.* & verbis claris voluntatem creditoris continentibus. *Bartol. in l. 8. §. morte ejus. ff. de oper. nov. nunciat. Iaſon. in l. 23. n. 7. ff. d. V. O.* Unde quæri poteſt, An denunciatio generalis puta, indigeo pecunia quam mihi debes, ad conſtituendum debitorem in mora ſufficiens ſit? quod negant *Petr. & Cyn. in l. minorum. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. Iaſon. in l. ſi ex legati. 23. num. 10. d. V. O.* quos refert & ſequitur. *Menoch. 2. arbitr. Iudic. quæſt. caſu. 461. num. 6.* argumenta eorum hæc ſunt. Primò, Quoniam ut debitor in mora conſtituatur, verba eſſe debent incitatoriã, quib⁹ ſignificetur inſtantia creditoris. *l. mora. ibi omiſſi debiti repetendi inſtã-*

4

5

6

tia.ff.de uſur. At verba hæc (indigeo mea pecunia quã habes) non ſignificant inſtantiam & incitationem quandam ad ſolvendum: Non enim neceſſario ſequitur, *indigeo mea pecunia, ergo eam mihi numera.* Secundo, quod ut mora debitoris cauſetur, debet ipſe debitor certò ſcire ſe tunc dare oportere. *l.quod te.ff.ſi cert. pet. conſtat.* autem verba hæc à creditore prolata (indigeo pecunia mea) non faciunt debitorem certò ſcire, ſe tunc dare oportere: cum ſcire is non dicatur qui ſcit in nube *ut ait Ripa in l. admonendi.n.82.ff.de jurejur.poſt Baldum in l. Æmilius.ff. de minor. 25. annis.* In nube autem interpellatus iſte neſcit ſe interpellatum, quia verba neceſſariò & concludenter non ſignificãt interpellationem: verius enim dubitationem magis quandam, quam ſci-
Digitized by Google

ſcientiam inducunt, cum poſſint ſignificare &non ſignificare interpellationem. Non ergo iſte cenſeri debet interpellatus, atque ita in mora poſitus. Tertio ſuffragatur, quod ex mora magnum debitori infertur p̃judicium *l. ſi ſervus §. ſequitur. ff. de V. O.* Atqui in his quæ magni ſunt præjudicii, ſimplex admonitio non obligat monitum. *l. ſi filius ubi gloſ. notabilis. ff. de tutel.* Ergo &c. Quarto confert, quod verba interpellationis debent eſſe certa & clara. *l. aut q aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam.* At verba iſta ita generaliter concepta, non poſſunt dici certa & clara, cum generalitas obſcuritatem parit. *l. ita fidei. ff. de jur. fiſc.* Quinto accedunt. *l. Julianus. §. idem Julianus. & l. in venditione ubi Caſtrenſ. ff. de act. emption.* Ubi generalis illa denunciatio oneris annexi rei venditæ non ſufficit,

ne deinde venditor teneatur actione illa ex vendito.

7 Affirmant *Bartol. in l. ſi quis mihi bona. §. pater. in pr. ff. de acquir. hæred.* quem refert & ſequitur, *Decius. in l. vinum. num. 13. ff. de reb. credit.* & cõmunis opinio videtur. *ait Rubeus in d. l. vinum. num. 59.* argumentis ſequentibus.

Primo, quoniam ex verbis enunciativis inducitur fideicommiſſum, quod onus eſt. *l. etiam hoc modo. 115. ff. de legat. 1.* Ergò multo magis per verba illa. Egeo mea pecunia q̃ habes, mora inducetur, cum eam, ſolvendo pecuniam, evitaer poterit debitor. Secundo, Et ut maximè ſummum præjudicium, & odium commiſſio moræ ſecum trahat, nihil tamen ex ea profertur, quo minꝰ & in odioſis verba enunciativa

ciativa diſpoſitionē inducant, quod *Bartol.notat. in l. qui volebat 61. ff. de hæred.inſtit.* qui textus clarè id probat, nec valet explicatio *Rubei*, quod ideo verba enunciativa diſponant. *in d.l.qui volebat.* quoniam per modum cauſę prolata erant, nam & nos in tali caſu verſamur, ubi per modū cauſæ. Quia pecunia egeo, &c. enunciatio facta eſt. Tertiò, voluntas magis quam verba inſpici debet. *l.3. §.conditio.ff.de adim.legat.* In caſu noſtro vero, quin ejus voluntatis ſit creditor, ut ſolvat debitor, vel ex eo colligi poteſt: quod egens pecunia non præſumatur eam jactare. *l. cum de indebito ff.de probat.* aut in neceſſitate ſua liberalis eſſe. *l.rem legatam 18.ff.d.adim.legat.* Quartò, urbanitas & hominis modeſti civilitas ei minimè obeſſe debet, *ut probatur arg.*

l.penult. ibi cujus magna verecundia. ff. d. furt. l. in conjunctione. 20. C. de nupt. In caſu autem præſente urbanitate magis, quam non ſuum repetendi animo verbis civilioribus utitur, quod admittunt contrariũ ſentientes, in eorum perſona quib⁹ reverentia debetur, ut ſunt pater, ſocer, patronus. *Rubeus in l. non ſolum. §. morte. nu. 477. ff. d. oper. nov. nunc:* quem refert & ſequitur. *Menoch. d. c. 461. num. 4.* & ſic monitos ſufficere ſtatuunt. Ergo multo magis in extraneo id admitti debet, ne alias extraneus ſit melioris conditionis, quã illi, quod dicere abſurdum fuerit. Quinto, qui vult conſequens, vult etiam antecedens illud ſine quo aliàs conſequenti mederi non poteſt. *l. 2. ff. d. jurisdict.* Cum ergo creditor conſequẽs hoc voluerit exprimere: Se ſcilicet egere pecunia, quomo-

mo-

Digitized by Google

modo non cenſebitur velle antecedens,ut ſcilicet ſolvat debitor cujus cauſa dixit ſe egere. Sexto probant hanc ſententiam.*l.Titius.24.& l.quidam.26.ff.d.conſtit.pecun.* in quibus, verbis enunciativis, Decem quæ Lucius Titius ex arca tua mutuo acceperat, penes me habeo, conſtitutum contrahitur, in conſtituto autem attenditur naturalis æquitas. *l.1.in pr.ff. de conſtitut.* quod autem naturali æquitati in caſu uno congruit,in alio ſimiliter ꝓcedet.Septimo,quia rogare & mandare idem ſunt.*l.1.§.item ſine.ff.mãdat.*& verbum *Rogo* ſecundum ſubjectam materiam inducit præceptũ. *c.revertimini ibid. Archidiac.16.q.1.* Ergo & hæc verba (Indigeo mea pecunia.) ſignificant quoddam mandatum. Iſtud argumentum in-

 venie-

venietis *apud Decium d. loco.* ſed nihil urgere dicit. *Menoch. d. loc. n. 19.* quoniam verbum *Rogo*, eſt ſignificativum voluntatis ipſius rogantis, cum demonſtret, quid ille velit, ſed ſi prolatum ſit ab eo qui jubere non poteſt, eſt precativum: ſi vero prolatum ſit ab eo qui poteſt jubere, eſt imperativum, qua ipſa reſponſione apertè noſtram ſententiam confirmat. Nam quod dicit, verbum *Rogo* eſſe ſignificativum voluntatis, veriſſimum eſt, & nos admittimus, & ex eo, quoniam ſatis apertè voluntas creditoris deſignatur, putamus ſatis commonitum de ſolvendo debitorem eſſe, quod addit in eo qui jubere poteſt, eſſe imperativum, id facilè ad caſum noſtrum transferri poſſet, quoniam & creditor, etſi non autoritate ſua juris tamen quin imperare poſſit, nullum dubiũ

eſt,

eſt, quin etſi, quod vult, precativum maneat, quo ſenſu apud Senecam. *lib. 4. de benefic. accipitur, nõ tulit (ait) gratis qui cum rogaſſet, accepit, nulla res carius conſtat, quam quæ precibus empta eſt, moleſtum enim verbum, & oneroſum eſt demiſſo vultu dicere, Rogo*, negari tamen non poteſt, quin in eo ſit civilis petitio, quam debitor agnoſcere facilimè potuit, imò debuit, nam, ut ad rem Cicero loquiquitur, *fidei conducit in loco debitum retribuere: illic enim animi voluntas propenſa comprobatur, hic memoria collaudatur*, quod cum non fecerit, meritò ejus ceſſatio moræ incommodis plectenda erit. *Non obſtant quæ ex contra ſentientium opinione* 7
propoſuimus. Nam quod primo proponebatur, debitorem tum demum in mora conſtitui, quando verba ſunt incitatoria, *d. l. mora de uſur.* exiſtimo,

iſtimo, bona omnium noſtrorum pace, nullibi ea leges requirere, ſed ſufficere ſemel factam interpellati-
8 onem, citra ulteriorem monitionẽ, quod omnibus quæ in hanc rem adferri poſſunt, legibus oſtendere ſupervacuum erit. Sufficiet ſaltem propoſuiſſe magis notas. Non requirit eam *Pompon. in l. 5. ff. de reb. credit.* contentus, ſi debitor juſtam habeat ſcientiæ cauſam, ob quam ſe dare intelligere debet, eam conſequitur interpellatione, & idem *in l. ſi ex legati. 23. ff. de V. O.* Ulpian. *in l. fidejuſſor. 17. §. f. ibi ut cum interpellatus reus. ff. de fidejuſſ.* & Martianus in principe loco. *d. l. mora 32. in pr.* ſufficere tradit interpellatum opportuno loco & tempore, & ratio certa ad ſtipulatur, nam cum interpellatione interpoſita, debitori de volũtate creditoris conſtet, & meditari poſſit, quid

quid agendum ipſi ſit, ſanè non video cur ad inſtantiam, aut monitionem incitatoriam creditorem adigamus, quod forſan non uſque adeo à Scopo aberrare videri poſſet, ſi nō in *d.l. mora. §.1.ff. de mor.* repetendi debiti inſtantiam requireret JCtus, verum nihil facilius explicatu. Quęrit JCtus an Servo debitoris abſentis denunciari à creditore poſſit? reſpondet non ſufficere, nam etſi domino ſemel denunciare ſatis ſit, non tamen idem in perſona Servi receptum eſt. Quapropter licet domin⁹ reverſus ſit, & ſui copiam faciat, creditor vero debiti repetendi inſtantiam, quæ ſic reſpectu prioris denūciationis Servo factæ dicitur, omiſerit, non poterit per debitorem mora facta intelligi. Atque hoc forſan voluit ſubtiliſſimi ingenii Decius *in d.l. vinum. n.13.* non obſtat, ait, *quod*

dicit

Digitized by Google

dicit Bartolus de interpellatione incitatoria: quia illud dictum eſt ad cautelam, & ad majorem exagerationem. Vos cogitate. Progredior ad argumentū ſecundo loco objectū, quo proponebatur debitorem ex iis verbis, Indigeo pecunia mea, non certò ſcire an dare oporteat, ꝙ cum exiſtimē me ſatis clarè in fundamētis pro opinione affirmativa adductis demonſtraſſe, ex iis, quæ ejus argumenti repellendi gratia ſufficiūt, peti poterint. Quod tertio proponebatur, Ex mora magnum debitori inferri præjudiciū, nihil adverſatur, quoniam ut ex *l. qui volebat. ff. d. hæred. inſtit.* conſtat, etiam in præjudicialibus actibus, enunciativa verba diſponunt, & probat. *l. ſi quis mihi bona. §. pater. ff. d. acquir. hæred.* Quartū fuit, hæc verba nō eſſe ſatis clara ſed generalia quæ ſolent obſcuritatem

parere.

parere. *d.l.ita fidei 40. ff. de jur. fiſc. l. cum Stichus ff. de ſolut.* verum id ſic intelligendum eſt: quando generalitas reſpectu plurium ſpecialium conſideratur, ita ut variè eadem intelligi poſſit, At noſtro in caſu ea verba, Indigeo pecunia mea, quam tu habes, etiamſi generalia ſunt, nullum tamen alium ſenſum recipere poſſunt, quam ut propter hanc indigentiam, tu mihi ſolvas. Quintum argumentum ex *l. Julianus. §. idem Julianus. l. venditione. d. act. empt.* in longe diverſis terminis loquitur, ratio vero dictarum legũ eſt, ne decipiatur ignorans emptor, quoniam ſi ſciſſet forſan in ſpecie. *d. l. Julianus. §. idem Julianus.* fundum pluribus municipiis legata debere, aut pro aquæductu in ſpecie *d. l. venditor.* penſitationem annuam præſtari,

ſtari, non emiſſet, quapropter generalis expreſſio non ſufficit (verum quicquid ſit prior opinio ęquiorem, enim ejus & pecunia creditor, cur non expreſſis & retendis verbis id debitori indicatur, quod cum de facili poteſt nec tamen facit, ſibi, quod imputet habet, & nullo negotio poſterioris à me confirmatæ ſententiæ argumenta refelli *ex Rubeo & Menoch. dd. locis* poſſunt.)

9 Requiritur porro ad conſtituendum debitorem in mora, ut loco & tempore idoneis interpelletur. *d. l. mora in pr.* nec enim utilitas, loci aut temporis debitori auferri debet. *l. 1. & tot. tit. ff. de eo quod cert. loc.* Unde *Thales* interrogatus, quid eſſet in omni rerum natura maximum, Reſpondit, *Locus*, & Comicus, in tempore venire omnium rerum primũ eſſe, quod utrumque ratione commodi,

modi,& utilitatis ex iis emergentis, aſſumere,hoc loci licebit.

Dicitur autem locus oportunus, in quo debitor ad ſolutionem invitus compelli poteſt. *Accurſ. in d. l. mora. 32.* Qui itaque 100. Se Romæ ſoluturum promiſit, Chartagini ut ſolvat, conveniri non poteſt. Etſi enim pecuniarum una & eadem poteſtas ubique eſſe videatur: tamen aliis locis facilius & levibus uſuris inveniuntur, aliis difficilius & gravibus. *l. ideo. 3. ff. de eo quod cert. loc.* 10

Idem judicium de tempore eſto, quod oportunum cenſemus, ſi id, quod promiſſum eſt, ab invito exigi poſſit, quapropter ſi is, qui Calendis Januarii hominum Stichum promiſit, ante diem Calẽdarium interpelletur, & Servus deceſſerit, non videtur in mora eſſe. *l. 24. de V. O. juncta l. cedere diem. ff. de V. Sign.* quamvis 11

enim

enim id quod in diem debetur, ante diem invito creditori ſolvi poſſit: non tamen idem à debitore invito exigi poterit. *l. continuus. 137. §. cum ita. ff. de Verb. Oblig.* ut latius infra c. 7. oſtendam. Solet autem debitor vel in judicio vel extra judicium interpellari. *l. vinſtm. ff. de reb. credit. d. l. mora. de uſur.* & quamvis difficile ſit, ut ſine mora ſeu interpellatione ad judicem perveniatur. *l. 3. ff. de uſur.* fieri tamen poteſt, quia ſine denunciatione ſeu interpellatione hodie actiones proponere poſſumus. *§. appellamus Iuſtin. de action.* Quæri hic poteſt. An debitor per libelli oblationem in mora conſtituatur? Negat id *Bartol. in l. denunciaſſe. ff. ad l. Iul. de adult.* quem refert & ſequitur. *Iohan. Crotus in l. ſi inſulam. n. 81. ff. de V. O.* quod videtur mirabile *ſecundum Angel. in l. vinum & Alex.*

ibid.

ibid.ff.de reb.credit. prout eos refert. *Decius in d.l.vinum nu. 14.* moventur primo. *d.l.denunciaſſe. §.1.ff. ad l. Iul.de adult.* Quid ergo, inquit, ſi nõ quidem denunciaverit, verum libellos accuſatorios dederit, antequã nuberet, eaque cum id cognoviſſet, nupſit vel ignorans? puto non videri ei denunciatum; & idcirco non poſſe accuſatorem ab ea incipere. Cauſæ ordo talis eſt, qui uxori repudium miſerit, poteſt denunciare ne Sejo nubat, & ſi denunciaverit, & ab ea incipere poteſt. *l.16.ff. ad l. Iul. de adult.* quæritur quomodo denũciandum? utrũ ad judicem, vel ſimpliciter, & putat ſufficere Ulpianus, ſi adulterii ſe acturum denunciaverit. Quid ergo ſi libellum accuſatorium obtulerit judici? & non videri denunciatum, *inquit d l.denunciaſſe. 17.§.1.* Ecce, denunciatio requiritur.

Et

Et tamen ea fieri non poteſt, per libellum, quare in argumentum ducta, cum ad moræ conſtitutionem requiratur denunciatio,& interpellatio. *d.l.mora.32.l.23.de V. O.* non poterit ſimiliter eadem per libelli oblationem induci. 2. Argumento. *l.libertus.15.ff.de in jus voc.* quod tale eſt. Prætor ait: Parentem, patronum, liberos, parentes patroni, patronæve, in jus ſine permiſſu meo, ne quis vocet. *l. quiq; 4. ff. d. in jus vocand.* Libertus adverſus patronum libellum dedit, quæritur an edicto locus fiat? Reſpondet Paulus, non pertinere ad edictum, neque eum qui libellum principi, vel Præſidi dat, in jus vocare patronum videri. *d. l. libertus 15.* Similiter itaque & in caſu noſtro, non videtur in jus vocare creditor debitorem, ac per hoc in mora conſtituere. 3. Quoniam libellum

bellum offerendo non dicitur petere, ſed velle petere. *l. amplius non peti. ff. rem rat. haber.* quapropter non poterit dici per creditorem in mora conſtitutus debitor, quoniam non petit, ſed vult petere, voluntas autē non eſt ſufficiens ad moram, ſed eadem demum per interpellationem expreſſa. *d. l. mora 32. d. l. ſi ex legati 23. d. V. Oblig.* 4. Facit quod Pomponius nominatim requirat juſtam cauſam, ob quam intelligere poteſt debitor ſe dare oportere. *l. quod te 5. ff. de reb. credit.* At libellum offerendo nullam juſtam debitori cauſam, propter quam ſolvere debet creditor præbet, quoniam eum offert judici non parti. 5. Quoniam leges communiter loquuntur de interpellatione extrajudiciali. *d. l. mora. 32.* & cum loquuntur de judiciali, referunt ſeſe ad litis conteſtationē.

l.vinum.ff. de reb.credit.l.f.d.condict. Tritic. quæ nulla eſt in libelli oblatione, imò poſt libellum oblatum dandæ ſunt dilationes reo ad deliberandum, an velit cedere vel contendere. *l.1.ff.d. edend.auth.offeratur C.de lit.conteſt.* quare eſt quod ſibi imputet creditor, qui oblationem libelli elegit. *l.ſi mulier in fin. ff. quod met.cauſ.* Solus Decius *in d.l. vinum. num.14.* reddit hanc concluſionem dubitabilem, quia fortior videtur interpellatio facta per libellum. Nam actus factus in judicio, vel in actis potentior videtur. *argum. l.pacta noviſſima. C. de pact. & notat.in l. ſive apud acta. C.de transaction.* Ideo ſi petitio extrajudicialis conſtituit debitorem in mora, à fortiori libellus. 2. Quia interpellatio facta in judicio nullo habet vim extrajudicialis interpellationis. *ut notat Bald.d.*

milit.

Digitized by Google

milit.vaſall.qui contumax eſt. Quare à fortiori; ſi judicium valet, debet habere vim extrajudicialis interpellationis. Verum Decii fundamenta non uſque adeo firma ſunt, quod enim in primo præſupponit libelli oblationem utpote judicio factam potentiorem eſſe, corruit ex eo, quoniam judicium verè demum per litis conteſtationem conſtituitur. *d. l. amplius non peti. ff. rem ratam. capit. ſuper quæſtionum. ubi gloſſ. in verbis litis exordium. de offic. & pot. deleg. cap. 1. d. lit. conteſt. l. un. C. d. lit. conteſtat. l. prolatam. C. de ſentent. & interlocut. Afflict. deciſio. 23. num. 4. Ronchegall. ad rub. d. duob. reis. num. 7. Cujac. in parat. C. de lit. conteſtat.* & communem eſſe teſtatur. *Gail. 1. obſerv. 74.* Alterum refellitur ex eo, quod crebriori noſtrorum calculo

traditum eſt, ex judicio nullo nihil valere. *argum. l. licet C. d. procur.* Decii tamen opinio mihi placet, quoniam loquitur de libello parti oblato, ita ut nullam ignorantiæ cauſam prætendere debitor poſſit, ſed juſtã cauſam, ob quam dare debuerat, habet *d. l. quod te 5. de reb. credit.* Quod extende & ad eum caſum, quo parti à judicè libellus inſinuatur; Communis autem opinio procedit, cum judici libellus offertur, neque adhuc in debitoris notitiam pervenit. *Quã diſtinctionem vidẽtur* agnoſcere *Anton. Rubeus. in d. l. vinum. 163. & ſeqq. Romul. in compend. mor. num. 23.* atq; ea benè attenta facilis ſuperiorum objectionum erit reſolutio. Nam *d. l. denunciaſſe.* loquitur de eo caſu, ubi judici oblatus eſt libellus, vel ut Decius dicebat, illa denunciatio pro forma requiritur, quæ autem formæ ſunt,

ſunt, ne quidem in minimis mutari poſſunt. *Sic l. libertus.* rectè reſolvitur ex eo, quod ubi lex perfectum delictum requirit, non ſufficit id attentatum eſſe. *l. ſæpe ita in fin. ff. de V. S.* Prætoris autem edictum expreſſe vocationem in jus requirit. *d. l. 3. in jus voc.* quæ libelli oblatione minime perficitur. Tertia objectio procedit in libello judici oblato, non etiam parti, quoniam parti oblatus libellus petitionem continet, & alio ſpectat. *d. l. amplius non petit. ff. rem rat. haber.* Ut enim commiſſa ſtipulatio, rem amplius non peti, & judicio res petita dici poſſit, neceſſum judicium fuerit, quod nullũ eſſe ſine litis conteſtatione paulò ante dictum eſt. Quarta oppoſitio ex diſtinctione noſtra corruit. Ultimum argumẽtum reſolvitur, quod offerendo libellum creditor extra-

judicialiter debitorem ſatis ſive per ſe ſive per judicem monere cenſeatur. Quod vero diximus, creditorem etiam extra judicium debitorẽ
24 interpellare poſſe, tum tanto rectius dictum intelligemus, ſi paucis more noſtro quę id impugnare poſſunt, propoſuerimus. Martianus in ſæpius citata, & paſſim citanda per hunc tractatum. *l. mora. 32. de uſur.* vult, ut apud judicem, an mora facta ſit, examinetur, atque in eo etiã à mora ex re differre memini me. *c. 3. n. 15. & 16.* dixiſſe. Et per conſequens extrajudicialis interpellatio ſola per ſe potens moræ procreatrix non erit. 2. Quoniam verba ſimpliciter prolata in potentiore ſignificatu accipienda ſunt. *arg. l. quæritur & ibid. Bartol. ff. de ſtat. hom. l. quicquid. §. cum partes. 2. ff. de acquir. rer. dom. l. etſi non ſunt. §. f. ff. de aur. & arg. leg.*

Qua-

quapropter cum *l.5.d.reb.cred.l.ſi ex leg.23.d.V.O.* ſimpliciter interpellationis mentionem faciăt,ea de judiciali utpote potentiori. *arg.d.l.pacta noviſſima.C.de pact. & notat. in l.ſine apud acta. C. de transact.* accipienda erit. Quod magis in ſpecie confirmant.*d.l.amplius non peti.ff. rem rat. hab. l.ſi quis ſtipulatus.57.d.ſolut.l.4. d.except.juncta l.47.d.ſolut.l.28.§.ſed ſi ſtipulatur.ff. de pact. juncta l. 112.d. V.Obl.l.23.d.judic.* ex quibus noſtri notant verbum, *petitionis,* ad eam referendum eſſe, quæ in judicio fit. 3. Quod vel ex eo tantò magis dicendum erit, quoniam famoſa. *l.vinum.ff.d.reb.credit.* tempus,quo per judicem vinum petitum eſt, inſpici jubet;& *l.3.§.in hac.2.ff.commod.* litis conteſtatæ tempus collimat. atque hanc ſententiam tuetur. *Iohan. Corraſ.2.miſcell.nu.7.* Contra quem

 ſtat

ſtat ipſa veritas. 1. Quoniam moneri amplius non debet, qui de voluntate creditoris certus eſt, *l. 1. d. act. emt. l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul.* quod tam fieri per interpellationem extrajudicialem, quam judicialem negari non poteſt. *arg. d. l. quod te. d. reb. reb. credit.* 2. Quia facilè contingere non poteſt, ut mora non præcedente ad judicem perveniatur. *l. 3. de uſur.* Ut igitur mora per interpellationem ante judicium fiat, conſectarium eſt. 3. Quia indiſtinctè petitionem ſufficere paſſim leges innuunt. *d. l. qui te l. ſi ex legati l. fidejuſſor. 17. §. f. de fidejuſ.* quapropter diſtinctè judicialem urgere haud licebit. *arg. l. 2. §. convenire. ff. de judic. l. de pretio. ff. d. public. in rem act.* 4. Quia ficta interpellatio judicium non exigit. *l. magnam. C. d. contrah. & commit. ſtipulat. l. 2. C. de jur.*

Emphyt.

Emphyt. multò minus itaque id requiret vera, ne alias ficti quam veri majorem vim eſſe admittamus. *arg. l.filio 23.ff.d.liber.& poſthum.* atque hæc eſt communis Dd. ſententia. *de qua Bartol. Zaſ. Coſtal. in l.vinum.ff. d.reb.cred.* Non obſtat quod ex *d. l. mora.* proponebatur, quoniam dum vult JCtus apud judicem examinari debere, an mora facta ſit, evidenter innuit eam antequam ad judicem itur commiſſam eſſe. Multò minus officit quod de potentiore verbi ſignificatu opponebatur, quoniam conſidero potentiam majorē JCtos nullo modo judiciali interpellationi quam extrajudiciali tribuere, quin imò cum leges ubique interpellationis mentionem faciãt, rectius in materia noſtra majorem potentiam extrajudiciali tribuimus, propterea quia *interpellare*, propriè

Digitized by Google

eſt extra judicium petere *ut notat Barnab. Briſſon. de V. S. lib. 9.* Et ideo *d. l. mora.* locum nõ judicii, ſed quẽvis oportunum deſiderat, quod non immutatur. *d. l. amplius non peti. l. 57. l. 4. l. 28. §. ſed ſi ſtipulatur l. 112. cum ſimilibus,* quoniam de petione, non etiam interpellatione loquuntur, illa ut plurimum ſit per judicem. *l. vinum. d. reb. credit.* hæc per creditorem, atque interpellatum à creditore debitorem ſufficere leges volũt, *l. 23. d. Verb. Oblig. d. l. mora. d. l. fidejuſſor. 17. §. final. d. fidejuß. cum ſimil.* Non deniq; obſtat, quod *in d. l. vinum.* per judicem petitum fuerit vinum, item *in d. l. 3. §. in hac.* tempus litis conteſtatæ pro tempore moræ accipiatur, quoniam non negamus, & in judicio interpellari poſſe debitorem, at præciſè judicium, ut interpellatio ſubſiſtat, requiri, pernegamus.

mus. Reſtringite autem hanc concluſionem in caſibus illis, ubi præci- 15
sè & pro forma expediendi actus judicis decretum requiritur. qualis eſt *in l. cum poſtulaſſem. 44. in pr. ff. de damn. infect.* Ædes tuæ meis contingux ruinam minantur, poſtulo à te ut mihi damni infecti nomine caveas, noluiſti, & priusquam Prætor adiretur, ædes tuæ corruerunt, & damnum mihi dederunt, quæritur an mihi ad damni emendationem tenearis? videbatur dicendum quod ſic, quoniam ſollicitudinem circa rem monitio mea declarat, quę alias ſufficere putatur. *d. l. mora. cum ſimilibus.* Contrarium tamen decidit JCtus ratione ea, quoniam mea culpa damnum ſum paſſus, quod tardius experiri cœperim, poſtulari n. neceſſariò in jure apud Prætorē cautio damni infecti debet. Si poſtuletur

jus, inutilem & inefficacem poſtulationem eſſe. Alius caſus eſt *in l. lex quæ 22. C. d. admin. tutor.* in qua tutoribus omnium earum rerum quæ ſervando ſervari poſſunt alienatio ſine decreto judicis interdicitur, quapropter, ut maximè interpellati, decreto illo non intercedente mimimè in mora conſtituti cenſeri debent.

15 Quæri hic ſolet, num interpellatio unica, ad hoc ut in mora conſtituatur debitor, ſufficiat? Quod novè ſe primum ita conſideraſſe exiſtimat. *Joh. Corraſ. 2. miſcell. 6.*

Horat. 1. Epiſtol.

Monitus, multumq; monendus,
Privatas ut quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.
Ne ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex

Grex avium pennas, moveat cornicu-
la riſum
Furtivis nudata coloribus.

Nam & ante ipſum jam olim idẽ, *Franciſcus Tigrinus Doctor antiquus Piſanus*,& poſt eum, *Æmilius Ferrettus n.26.d.mora.* ante Corraſium, *iisdem ferè fundamentis defenderunt.* quæ qualia ſint videamus I. Martianus dicunt, debiti repetendi inſtantiam requirit. *in d. l. mora 32. §. 1. d. uſur.* cujus ſenſus ex *Coſtalio* eſt, aliquando evenire poſſe, ut ſola nunciatio à domino facta non ſufficiat ad moram: nempe ſi, poſtquam interpellarit, is, ſui copiam faciente debitore, omiſerit inſtantiam, & minimè in propoſito perſeverarit: hic enim licet expreſſim dominus non remittat primam denunciationem, magis eſt ne videatur contracta mora, ut verè dici poſſit, eam una denũ-

Digitized by Google

ciatione non ſemper creari. 2. Quoniam cum ſemel tantum denunciat creditor, & deinde, cum poſſet iterum petere, ceſſet, conjectat lex eũ non perſeverare in ea voluntate, & defunctoriè ſaltem petere, cujusmodi petitioni minimè leges favere ſolent. *l. 2. §. non ſolum. 32. ff. ad Senatusconſultum. Tertyll. argum. l. 24. ff. quæ in fraud. credit.* 3. Quoniam tum demum debitor contumax dicitur, cum tribus edictis propoſitis (quod vulgò peremptorium vocatur. *l. 70. d. Iudic.*) litteris evocatus præſentiam ſui facere contemnit *l. contumacia. 53. §. 1. ff. d. re judic.* moroſus autem & contumax inter ſe differre non videntur. Unde, quemadmodum moroſus non dicitur, qui ex juſta cauſa moratur. *l. illud. 40. d. petit. hæred.* ſimiliter & contumax non dicitur qui ex juſta cauſa abſens

eſt.

eſt, *ut notat. Speculat. de no. civ. §. 1. verſ. 1.* & quemadmodum moroſo non debet ſua prodeſſe mora. *l. hominem. ff. mandat. l. 134. §. 2. ff. d. Regul. Iuris.* Sic nec contumacia. *Idem Speculat. magnus practicus d. appellat. §. 11. verſ. ſed cum ſupra.* & veluti moroſus dici debitor non poteſt, niſi à creditore fuerit interpellatus. *d. l. mora. 32. l. 23. d. V. O.* pari modo dici contumax non poterit, qui citatus non eſt. *c. venerabilem. in pr. d. elect. d. l. contumacia. §. cõtumax. d. re judic.* Sic quoque uti moroſus dici non poterit, niſi judex arbitratus fuerit eum talem eſſe. *d. l. mora. 32. d. uſur.* ita etiam contumax non dicitur, niſi talis per judicẽ declaratus ſit, adeo ut conſultor videns cõtumaciam in actis ſine declaratione judicis non poſſit contra eum conſulere tanquam contra contumacẽ

Eſt

Eſt ſingularis doctrina Baldi in l. 1. C. de pedan.judic.qui mal.judic. Quapropter ſicuti debitor ante trinam denunciationem contumax dici nō poterit, ratione non diſſimili trina interpellationem, priusquam moroſus pronuncietur debitor, requiremus. Quarto, quinimò trina denunciatione opus eſſe, probat. Juſtiniani *Novell.117.c.15.ne liceat matri. &c.* in qua conſtituit non licere marito ſuſpectum de adulterio cum uxore, niſi ter in ſcriptis denunciaverit, occidere. Sic idem ſancit *in Nov.115.c.2.* Dicenti ſe allegare velle, dari tres dilationes ſucceſſivè, & ante earum lapſum non poſſe judicem ſententiam proferre. Similiter JCtus *in l.ſi convenerit.ff.de pignor.action.* inquit, ubi vero convenit ne diſtraheretur, creditor, ſi diſtraxerit,

xerit, furti obligatur, niſi ter ei fuerit denunciatum ut ſolvat & ceſſaverit: Et Imperator Fridericus *in auth. ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cleric.* Sancimus (ait) ut ſi quis Clericis, vel Eccleſiaſticis perſonis juſtitiam denegare præſumpſerit: tertio requiſitus juriſdictionem ſuam amittit. Quinto, probant hanc ſuam opinionem. *l. qui Romæ §. cohæredes ibi*, ſæpius teſtato converit. *ff. d. V. O. l. Æmilius. 38 ibi denunciationibus ut pretium ſolveretur. ff. d. minor. l. ſi mandato. 59. §. illi. 5. ibi, ſæpe conventus maudator. ff. mandat.* Cum enim dictis in locis plurium interpellationū mentio fit, nō vero abſimilis oritur conjectura, plures quoque interpellationes JCtos requiſiviſſe. Sexto movetur. *Corraſ. d. l. qui Romæ. §. Seja d. V. O.* ubi Scævola noluit oblationem

nem à debitore creditori factam aliter in mora creditorem conſtituere, ut impediretur curſus uſurarum, quam ſi, cum ſui poteſtatem faceret creditor, non ceſſaret pecuniam debitor offerre, quod ſi in debitore juſtum eſt, quantò magis id in creditore æquum & juſtum reputabim⁹? cum jure notiſſimo reorum melior, quam actorum ſit conditio *l. non debet ff. de Reg. Iur.* Septimo poteſt argumentum deduci *ex l. quidam Hiberus. 12. ff. de ſervit. urb. prædior.* ubi vicinus cujusdam Hiberi monuerat eum ne tubulos (quos *Budæus* canales fictiles variis uſibus accommodatos interpretatur) haberet admotos, ad parietem communem, ſicuti nec parietem quoque ſuum ſuper parietem communem, qui cum nõ monitioni ejus acquieſceret, epiſtulam ad JCtum Proculũ emiſit, qua ab

Digitized by Google

ab ipſo petit, ut cum Hibero loquatur, ne rem illicitam faciat, ſperans fore ut JCti autoritate hominē moveret. Quod ſi vicinus vicinū (quorū facta invicem nota præſumuntur *l. ſi vicinus. C. d. nupt. not. in l. de tutela. C. de in integr. reſtit. minor. & in l. final. per Bartol. ff. d. quæſt. l. filium. ff. qui ſui vel alien. jur. l. ſi ita. §. f. ff. de fund. inſtr. legat. c. quoſdam. c. quando d. præſumpt. c. cum dilectus. d. purgat. canon. Guid. Pap. ſingul. 917. num. 2. Tiber. Decian. 2. conſil. 92. num. 103. & 3. conſil. 7. num. 32.*) tam ſollicita cura compellat, & moneri faciat, quid non extraneus extraneum?

8. Mora damna & ingentia incōmoda ſecum trahere ſolet, *l. ſi ſervum. §. ſequitur. ff. de V. O. & latius patebit ex dicendis in c. 8.* In iis autem ſimplex admonitio, ut monitū obliget, vix eſt. *l. ſi filiusfamil. ff. d. tutel. ubi*

gl.

gl.verſ.monuit dicit, monitio ergo non obligat. Sic in l.ſi ſervi.ff.d.negot.geſt. l.ſi quis mihi. §.juſſum.ff.de acquir. hær. 9. Apoſtoli ſive litteræ dimiſſoriæ ſæpius & inſtanter petendę ſunt. *l.1.§.ſufficit.ff.de libell.demiſſor.* ſic in *l.1.§.d.inſpiciendo 10.ff.d.vent.inſpic.* mulier quæ ſe mortuo marito prægnantem eſſe dicit, iis ad quos ea res pertinebit, procuratoribusve eorũ, bis in menſe denunciandum curet, ut mittant (ſi velint) quæ ventrem inſpiciant, quod, facilè ad noſtrum negocium, ſiquidem rei gravitas in cauſa ſit, transferri poterit. Verum iis paulisper ſepoſitis mentes & oculos noſtros in benè olentes JCtorum hortulos conjiciamus, ex iis florum eam petituri copiam, quæ victricia veritatis tempora corolla fragranti cingere ſufficiens ſit. Notiſſimum quippę eſt, ſatis eſſe ſi debitor judi-

judiciali unica interpellatione pulſetur, quoniam lis ſemel tantum conteſtatur *arg. l.un. C. d. lit. conteſt.* quapropter & unica extrajudicialis ſufficere debet, cum hæc in materia noſtra (quod notandum) minimè illi cedens fimbrias ſuas æquè dilatet, & potenter debitorem moneat. Ut enim judicij tela non poteſt non de ſevera creditoris voluntate certiorem facere, quis non ratione pari interpellando extra judicium creditorem haud ludere perſpicit. Pertinet huc monitum Menandri λαβὼν ἀπόδος ἄνθρωπε καὶ λήψει πάλιν ex quo profluit. 2. Argumentum. In omni actione finis cujus cauſa agimus, quo ſe dirigat, introſpici debet. *Tiber. Decian. 3. conſil. 4. num. 32. Menoch. 1. conſil. num. 31. Ludolph. Scrader. inter conſilia Borcholdi. p. 2.*

conſil.

conſil.15.fol.79. Finis vero interpellationis eſt, ne incaut⁹ debitor à creditore opprimatur. *l.1.ibi ut ſciat reus utrum cedere an contendere ultra debeat.ff.d.edend.* Eum aſſequimur tam unica interpellatione *l.5.d.Reb. credit.* quam pluribus, ut nunc pervulgato noſtrorum brocardico locus fiat, pluribus fieri non debere quod per pauciora expediri poſſit. 3. Quia diei lapſus pro interpellatione cedit. *l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. 2. C. de jur. Emphyt.* eum autem ſemel extitiſſe ſufficit. *d.l.magnam. d.l.2.* ſufficiet igitur & ſemel interpellatum debitorem eſſe, cum neſcio quid latentis energiæ vox ipſa creditoris præ lapſu greſſuq; diei furtivo, & tacito habeat: & facit argumentum cum notatis *in d.l.filio.ff.d.lib.& poſthum.* 4. Magis ac magis confirmatur hæc opinio.

nio.

nio.*l.Titia Sejo.87.§.uſuras ff.d.leg.2.* in qua ſufficit ſemel moram interveniſſe, ut perpetuo uſuræ debeantur. Scio quomodo contra ſentientes textum eludāt, referendo nimirum particulam, *ſemel*, nō ad numerū interpellationis, ſed moræ commiſſæ: ut ſenſus ſit, *ſufficere ſemel moram interveniſſe, quæ unica ut ſit, plures interpellation. exigere.* verum, mea ſententia, non rectè. Quæſitus JCt⁹ à quo tempore uſuræ debeantur ei, cui fideicommiſſum relictum eſt in minorenni adhuc conſtituto ætate, jam verò eam egreſſo, reſpondet, ex quo mora facta eſt, h. e. à tempore interpellationis, atqui regerebat minor, ſemel moram incurriſſe heredem ipſo jure, ita ut meritò perdurare debeat, Reſolutio ejus à JCto hæc ſubjicitur, intentionem ſcilicet ejus veram eſſe, in mora regulari.

&

& vera,non etiam irregulari,quæ ætatis privilegio nititur:quoniam pro mora non habetur, quod indicare voluit verbis: *Quamvis enim conſtitutum ſit ut minoribus viginti quinq; annis uſuræ omninò præſtentur;tamen non pro mora* (ſcilicet regulari) *hoc habendum eſt*, quod ex eo probat, quoniam ſi vera mora eſſet,jam ſufficeret eam ſemel per interpellationem conſtitutam eſſe, ut perpetuò duraret, atque ita textum reſpectu interpellationis intelligendum eſſe, JCti ſcopus oſtendit, qui hic fuit, ut petenti minori reſponderet,) eſt n. illa *l.87.§.uſuris. ex lib. 14. reſponſor. Paul.*) quando uſuræ debentur ex mora in fideicommiſſo, non vero ulla ratione rem explicaſſet,ſi,ut volunt illi,verba illa,Quã ſufficit ſemel interveniſſe, retuliſſet ad moram commiſſam, quoniam id
mino-

minorem minimè latebat mora cõmiſſa uſuras deberi, ut nec de eo inſtituendus fuerit, at quando commiſſa, de eo dubitabat, & per conſequens JCtum de eo conſultum reſpondiſſe res ipſa dictat. 5. Quia in *d. l. mora 32. d. uſur. & l. 23. d. V. O. l. qui decem. 72. ff. d. ſolut.* interpellatũ in mora conſtitui, dicitur, ſimplex autem ſermo de actu uno vel primo intelligi debet. *l. boves. §. hoc ſermone. ff. d. V. S.* 6. Quin, qui ſtipulatur ſibi dari, cũ petierit, quaſi ſine mora dandum ſtipulatur. *l. ſi decem 48. ff. d. Verb. Oblig.* quapropter cum in ſtipulatione ea, quæ quodammodo conditionalis videtur, imò eſt verba non etiam mentem conſiderando, rationis certè fuerit, id multò magis admittere in obligatione pura, & conſtituta: ut cum petierit creditor, in mora conſtituatur debitor.

Atque hanc ſententiam habuerunt Dd. communiter, ut videre eſt, *apud Roman. ſingul. 429. Baver. in part. 1. n. 3. d. mora. Menoch. d. c. 220. n. 29. Duaren. in d. l. Qui Romæ. §. cohæredes. d. V. O. Cujac. in d. l. 27. d. uſur. in tract. ad Afric. 8. & de communi atteſtantur Gaill. 1. obſerv. 28. nu. 1. Soaretz. lit. M. num. 214. in Theſaur. recept. ſent.* Nec multum negotii faceſſunt, quæ antea propoſita fuerunt in partem cõtrariam. Nam quod primo proponebatur *in d. l. mora 32. §. 1.* debiti repetendi inſtantiam requiri, reſolvi poteſt ex iis, quæ nove ſupra *num. 8.* conſidero, nullibi ſcilicet leges inſtantiam requirere, & quod dicitur *in d. l. mora 32. §. 1.* ſic me explicaſſe credo, ut repetendi debiti inſtantia requiſita à JCto fuerit, quoniã domino denũciatio ſervo facta obeſſe non debuit, quapropter rectè inſtã-

tiam

tiam exigit, ut ſcilicet conſtet de ejus mente, voluiſſe ſerio ſervum interpellare, & nunc denuo eandẽ ſeriò reiterare, aliis itaq; caſibus, ubi ſcilicet ipſe debitor interpellatur, nulla requiritur inſtantia, ſed facta ſemel interpellatione mora incipit. *d.l.Titia.§ uſuras. d legat.2.* Quod in ſecundo argumento proponitur, ex probatione in contrarium fortiore refellitur, cum enim verbis voluntatem ſuam teſtibus præſentib⁹ declararit creditor, quæ malum inſania nos in præjudicium diligentis creditoris, & favorem odio alias ꝓſequendi debitoris, à priore ſententia deſciviſſe & defunctoriè præſumere petiiſſe, adigit? Quod addebatur ꝓ tertio de contumace, poſſet pro ſententia noſtra induci, quoniam & unica citatio pro tribus ſufficit. *l. nonnunq̃ 72. d. judic.* Quod vero ſæpius trina

Eſt ſingularis doctrina Baldi in l. 1. C. de pedan. judic. qui mal. judic. Quapropter ſicuti debitor ante trinam denunciationem contumax dici nō poterit, ratione non diſſimili trina interpellationem, priusquam moroſus pronuncietur debitor, requiremus. Quarto, quinimò trina denunciatione opus eſſe, probat. Juſtiniani *Novell. 117. c. 15. ne liceat matri. &c.* in qua conſtituit non licere marito ſuſpectum de adulterio cum uxore, niſi ter in ſcriptis denunciaverit, occidere. Sic idem ſancit *in Nov. 115. c. 2.* Dicenti ſe allegare velle, dari tres dilationes ſucceſſivè, & ante earum lapſum non poſſe judicem ſententiam proferre. Similiter JCtus *in l. ſi convenerit. ff. de pignor. action.* inquit, ubi vero convenit ne diſtraheretur, creditor, ſi diſtraxerit,

xerit, furti obligatur, niſi ter ei fuerit denunciatum ut ſolvat & ceſſaverit: Et Imperator Fridericus *in authr.ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cleric.* Sancimus(ait)ut ſi quis Clericis, vel Eccleſiaſticis perſonis juſtitiam denegare præſumpſerit: tertio requiſitus juriſdictionem ſuam amittit. Quinto, probant hanc ſuam opinionem. *l.qui Romæ §.cohæredes ibi*, ſæpius teſtato converit.*ff d.V.O.l.Æmilius.38 ibi denunciationibus ut pretium ſolveretur.ff. d.minor. l.ſi mandato.59.§.illi.5.ibi*, *ſæpe conventus mandator.ff.mandat.* Cum enim dictis in locis plurium interpellationū mentio fit, nō vero abſimilis oritur conjectura, plures quoque interpellationes JCtos requiſiviſſe. Sexto movetur. *Corraſ.d.l.qui Romæ.§.Seja d.V.O.* ubi Scævola noluit oblatio-

nem

nem à debitore creditori factam aliter in mora creditorem conſtituere, ut impediretur curſus uſurarum, quam ſi, cum ſui poteſtatem faceret creditor, non ceſſaret pecuniam debitor offerre, quod ſi in debitore juſtum eſt, quantò magis id in creditore æquum & juſtum reputabim⁹? cum jure notiſſimo reorum melior, quam actorum ſit conditio *l. non debet ff. de Reg. Iur.* Septimo poteſt argumentum deduci *ex l. quidam Hiberus. 12. ff. de ſervit. urb. prædior.* ubi vicinus cujusdam Hiberi monuerat eum ne tubulos (quos *Budæus* canales fictiles variis uſibus accommodatos interpretatur) haberet admotos, ad parietem communem, ſicuti nec parietem quoque ſuum ſuper parietem communem, qui cum nõ monitioni ejus acquieſceret, epiſtulam ad JCtum Proculũ emiſit, qua ab

ab ipſo petit, ut cum Hibero loquatur, ne rem illicitam faciat, ſperans fore ut JCti autoritate hominē moveret. Quod ſi vicinus vicinū (quorū facta invicem nota præſumuntur *l. ſi vicinus. C. d. nupt. not. in l. de tutela. C. de in integr. reſtit. minor. & in l. final. per Bartol. ff. d. quæſt. l. filium. ff. qui ſui vel alien. jur. l. ſi ita. §. f. ff. de fund. inſtr. legat. c. quosdam. c. quando d. præſumpt. c. cum dilectus. d. purgat. canon. Guid. Pap. ſingul. 917. num. 2. Tiber. Decian. 2. conſil. 92. num. 103. & 3. conſil. 7. num. 32.*) tam ſollicita cura compellat, & moneri faciat, quid non extraneus extraneum?

8. Mora damna & ingentia incōmoda ſecum trahere ſolet, *l. ſi ſervum. §. ſequitur. ff. de V. O. & latius patebit ex dicendis in c. 8.* In iis autem ſimplex admonitio, ut monitū obliget, vix eſt. *l. ſi filiusfamil. ff. d. tutel. ubi*

gl.

gl.verſ.monuit dicit, monitio ergo non obligat.Sic in l.ſi ſervi.ff.d.negot.geſt. l.ſi quis mihi. §.juſſum.ff.de acquir. hær. 9. Apoſtoli ſive litteræ dimiſſoriæ ſæpius & inſtanter petendę ſunt. *l.1.§.ſufficit.ff.de libell.demiſſor.* ſic in *l.1.§.d.inſpiciendo 10.ff.d.vent.inſpic.* mulier quæ ſe mortuo marito prægnantem eſſe dicit, iis ad quos ea res pertinebit, procuratoribusve eorũ, bis in menſe denunciandum curet, ut mittant (ſi velint) quæ ventrem inſpiciant, quod, facilè ad noſtrum negocium, ſiquidem rei gravitas in cauſa ſit, transferri poterit. Verum iis paulisper ſepoſitis mentes & oculos noſtros in benè olentes JCtorum hortulos conjiciamus, ex iis florum eam petituri copiam, quæ victricia veritatis tempora corolla fragranti cingere ſufficiens ſit. Notiſſimum quippe eſt, ſatis eſſe ſi debitor judi-

judiciali unica interpellatione pulſetur, quoniam lis ſemel tantum conteſtatur *arg. l.un. C. d. lit. conteſt.* quapropter & unica extrajudicialis ſufficere debet, cum hæc in materia noſtra (quod notandum) minimè illi cedens fimbrias ſuas æquè dilatet, & potenter debitorem moneat. Ut enim judicij tela non poteſt non de ſevera creditoris voluntate certiorem facere, quis non ratione pari interpellando extra judicium creditorem haud ludere perſpicit. Pertinet huc monitum Menandri λαβὼν ἀπόδος ἄνθρωπε καὶ λήψει πάλιν ex quo profluit. 2. Argumentum. In omni actione finis cujus cauſa agimus, quo ſe dirigat, introſpici debet. *Tiber. Decian. 3. conſil. 4. num. 32. & Menoch. 1. conſil. num. 31. Ludolph. Scrader. inter conſilia Borcholdi. p. 2. conſil.*

Digitized by Google

conſil.15.fol.79. Finis vero interpellationis eſt,ne incaut⁹ debitor à creditore opprimatur. *l.1.ibi ut ſciat reus utrum cedere an contendere ultra debeat.ff.d.edend.* Eum aſſequimur tam unica interpellatione *l.5.d.Reb. credit.* quam pluribus, ut nunc pervulgato noſtrorum brocardico locus ſiat, pluribus fieri non debere quod per pauciora expediri poſſit. 3. Quia diei lapſus pro interpellatione cedit. *l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. 2. C. de jur. Emphyt.* eum autem ſemel extitiſſe ſufficit. *d.l.magnam. d.l.2.* ſufficiet igitur & ſemel interpellatum debitorem eſſe,cum neſcio quid latentis energiæ vox ipſa creditoris præ lapſu greſſuq; diei furtivo, & tacito habeat:& facit argumentum cum notatis *in d.l.filio.ff.d.lib.& poſthum.* 4. Magis ac magis confirmatur hæc opinio.

nio. *l. Titia Sejo. 87. §. uſuras ff. d. leg. 2.* in qua ſufficit ſemel moram intervenisſe, ut perpetuo uſuræ debeantur. Scio quomodo contra ſentientes textum eludãt, referendo nimirum particulam, *ſemel*, nõ ad numerũ interpellationis, ſed moræ commiſſæ: ut ſenſus ſit, *ſufficere ſemel moram interveniſſe, quæ unica ut ſit, plures interpellation. exigere.* verum, mea ſententia, non rectè. Quæſitus JCt⁹ à quo rempore uſuræ debeantur ei, cui fideicommiſſum relictum eſt in minorenni adhuc conſtituto ætate, jam verò eam egreſſo, reſpondet, ex quo mora facta eſt, h. e. à tempore interpellationis, atqui regerebat minor, ſemel moram incurriſſe heredem ipſo jure, ita ut meritò perdurare debeat, Reſolutio ejus à JCto hæc ſubjicitur, intentionem ſcilicet ejus veram eſſe, in mora regulari.

&
Digitized by Google

& vera, non etiam irregulari, quæ ætatis privilegio nititur: quoniam pro mora non habetur, quod indicare voluit verbis: *Quamvis enim conſtitutum ſit ut minoribus viginti quinq; annis uſuræ omninò præſtentur, tamen non pro mora* (ſcilicet regulari) *hoc habendum eſt*, quod ex eo probat, quoniam ſi vera mora eſſet, jam ſufficeret eam ſemel per interpellationem conſtitutam eſſe, ut perpetuò duraret, atque ita textum reſpectu interpellationis intelligendum eſſe, JCti ſcopus oſtendit, qui hic fuit, ut petenti minori reſponderet,) eſt n. illa *l.87.§. uſuris. ex lib. 14. reſponſor. Paul.*) quando uſuræ debentur ex mora in fideicommiſſo, non vero ulla ratione rem explicaſſet, ſi, ut volunt illi, verba illa, Quã ſufficit ſemel interveniſſe, retuliſſet ad moram commiſſam, quoniam id mino-

Digitized by Google

minorem minimè latebat mora cõmiſſa uſuras deberi, ut nec de eo inſtituendus fuerit, at quando commiſſa, de eo dubitabat, & per conſequens JCtum de eo conſultum reſpondiſſe res ipſa dictat. 5. Quia in *d.l.mora 32.d.uſur.& l.23.d.V.O.l. qui decem.72. ff. d.ſolut.* interpellatũ in mora conſtitui, dicitur, ſimplex autem ſermo de actu uno vel primo intelligi debet. *l.boves. §.hoc ſermone.ff.d.V.S.* 6. Quin, qui ſtipulatur ſibi dari, cũ petierit, quaſi ſine mora dandum ſtipulatur. *l.ſi decem 48.ff. d. Verb. Oblig.* quapropter cum in ſtipulatione ea, quæ quodammodo conditionalis videtur, imò eſt verba non etiam mentem conſiderando, rationis certè fuerit, id multò magis admittere in obligatione pura, & conſtituta: ut cum petierit creditor, in mora conſtituatur debitor.

tiam exigit, ut ſcilicet conſtet de ejus mente, voluiſſe ſerio ſervum interpellare, & nunc denuo eandẽ ſeriò reiterare, aliis itaq; caſibus, ubi ſcilicet ipſe debitor interpellatur, nulla requiritur inſtantia, ſed facta ſemel interpellatione mora incipit. *d.l.Titia.§ uſuras. d legat.2.* Quod in ſecundo argumento proponitur, ex probatione in contrarium fortiore refellitur, cum enim verbis voluntatem ſuam teſtibus præſentib⁹ declararit creditor, quæ malum inſania nos in præjudicium diligentis creditoris, & favorem odio alias pſequendi debitoris, à priore ſententia deſciviſſe & defunctoriè præſumere petiiſſe, adigit? Quod addebatur ꝑ tertio de contumace, poſſet pro ſententia noſtra induci, quoniam & unica citatio pro tribus ſufficit. *l. nonnunq̃ 72. d. judic.* Quod vero ſæpius trina

L 2 fiat,

Digitized by Google

fiat, ad noſtrum caſum non rectè transfertur,nam & de graviore debitoris præjudicio agitur, quoniam eo planè non comparente in bonorum poſſeſſionem miſſio à Prætore decernitur. *tot. tit. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* ut quoque cautius meritò agendum ſit. Quarta objectio petita eſt à ſeparatis, Quod enim Juſtinianus *in d. Novell. 117. c. 15.* trinam denunciationem requiſiverit, propter rei gravitatem factum eſt, Agitur quippe ibidem de occidendo adultero,ad quod celeri feſtinatione deveniendum nõ erit. Similiter quod ſancitum eſt *in d. Novell. 115. c. 2.* pertinet ad ordinem judiciarium,à quo minimè recedendum eſt: Et ratio ſæpius reitetandæ monitionis, vel concedendi termini,in eo eſt, ne facilè conqueri poſſit litigans,ſe arcto nimis conſtringi ſpacio,cum res ver-

gat

gat ad ſententiam. Quod verò JCtũ attinet. *in d.l.ſi convenerit:* Reſpondemus id dominii intuitu, ne eo facilè privetur debitor, conſtitutum eſſe, Nam cum ſollicite debitor proſpexerit ſibi ne pignus diſtrahatur, fieri ſanè non debet, ut ſimplici voluntatis declaratione creditoris à conventione recedatur, ſed demum utriusque, quam lex conjectat in ſomnolento debitore, qui ter monitus pignoris redimendi rationes non inierit. Sic quod Fridericus *in d. auth. ſtatuimus.* conſtituit, propter privationẽ jurisdictionis, quę præjudicii maximi eſt, nõ aliter ſtatui debuit. Quintam oppoſitionem ſuppeditarunt. *d.l. qui Roma. §. cohæredes. d.V.O.l. Æmilius. 38. ff. d. minor. l. ſi mandato 59. §. ille illi. ff. mandati.* de ſingulis videndum erit. Et quidẽ communis reſponſio eſt *ad d. l. qui*

Romæ. §. *cohæredes.* ibi ex facto ita contigiſſe, q̄ plures interpellationes factæ fuerint, à verbis autem facti ad jus velle arguere nō licebit. *Bart. Iaſon. Duar. & alii ibid.* & omnes animadvertere dicit. *Iacob. Menoch. d. caſ. 220. n. 37.* Quam tamen nō admittunt. *Baver. d. p. 1. n. 3. d. mora. Rubeus in l. vinum. n. 175. de Reb. credit.* Etſi enim verba facti narrativa juris diſpoſitionem non inducant, nō tamen procedit id, quando JCtus fundat ſe ſuper verbis narratis. *clem. 1. d. probat.* Ex facto enim jus oritur. *l. ex plagiis. §. ſi in clivo. ff. ad l. Aquil.* Nūc autem conſtat, *in d. §. cohæredes.* JCtū ſe fundare expreſsè ſuper narratis, in verbis, *Reſpondi ſecundum ea quæ proponuntur, obſtaturam doli mali exceptionem.* Quæ ſanè replicatio, ſi verum dicere liceat, communem reſponſionem confundit. Quare me-

cum

cum conſiderate, num rectius ſpeciale aliquid *in d.* §. animadverti poſſit, quod tale eſt. Conventum eſt ne prædium hæreditarium extra familiam alienaretur, & addita pænalis ſtipulatio in alienantem, quod favorem totius familiæ concernit. Nam forſan in eo defecit pater, minor crevit, infans reptavit, aut majorum imagines ſunt, quas non videre fixas aut revulſas videre, ſatis eſt lugubre, ut loqtur Conſtantin⁹ *in l. lex quæ 22. C. de admin. tut.* & alias durũ ſit, laribus ſepulchriſq; avitis carere, *in l. fundo 38. ff. d. Rei vend.* ideoque unica interpellatio vix admitti contra tam magnum favorem, qui penitus omnem alienationem enervare poſſet, admitti debuit, maximè enixam voluntatem oſtendentibus cohæredibus eo, quod pænalem addiderint ſtipulationẽ, ne tamen per-

vicacibus hoc modo ratio divexandi pauperiorem cohæredem oriatur, rectius putatum permittendam alienationẽ eſſe partis mulieri, quæ ſæpius teſtato cohæredis tutores cõvenerit, & deſideraverit, ut ſecundũ conventionem aut emerent, aut venderent, Cum enim illi toties cõventi non reſponderint, lex conjectat eos favori ſupra dicto renunciaſſe, Qui enim actum impedire poſſunt loquendo, tacendo eum comprobare videntur. Atque hanc reſponſionem (ne novitas falſitatis ſuſpicionem ingerat) haud dubiè conſideravit. *Æmyl. Ferret. in d. § . cohæredes.* Mora (inquit) unica negatione committitur. *l. Titia Sejo* § *. uſuras. d. legat. 2. l. mora. de uſur.* Sed in hac facultate alienandi vel non, ſæpius teſtato eſt denunciandum. De altera nimirum. *l. Æmilius. d. minor.* hæc

eſt

eſt reſponſio *Iaſonis in l. vinum n. 17. Decii. n. 14. Rubei. n. 181.* quos ſequitur. *Menoch. d. c. 220. num. 25.* duos ibidem ſolutioni terminos adjectos fuiſſe, & in utroque pactum legis commiſſoriæ, ut non mirum ſit, ſi plures interpellationes interpoſitæ fuerint. Verum mihi non placet, Nā etſi duo termini adjecti fuerint, nihil tamen obſtat, quo minus ceſſantibus tutoribus Rutilianæ in primo termino, in mora per unicam interpellationem conſtitui poſſint, nec poſſit alter ille terminus poſterior, ut ejus intuitu aliqua debuerit interpellatio fieri, conſiderari, cum nunc ex pacto legis commiſſoriæ conſtet, fundum propter ceſſationem in primo termino pro nō empto haberi. *l. 1. & tot. tit. d. leg. commiſſor.* Quapropter à communi reſpōſione non recedite, quæ ita ex facto

contigiſſe in ſpecie. *d.l. Æmylius*, exiſtimat. Et rectè, nam vim nullam ponit JCtus in verbis: denunciationibus ut preciū ſolveretur, ſed narrativè. eadem reſponſione elidite. *d.l.ſi mandato.§.ille illi.ff.mandat.* Sexto movebatur Corraſ. *d.l. Qui Roma.§.Seja.ff.d.V.O.* qui textus, ut nobis officiat tantum abeſt, ut etiam expreſsè ſententiā noſtrā cōfirmet, quoniā ſaltem requirit, ut Seja non ceſſaverit, ex ſtipulatione pecuniā offerre, non ceſſare eam dicimus, ſi ſemel obtulerit. *l.qui decem d.ſolut.* vel cum petenti creditori, ne aliās poſterior mora noceat, ſolutionē uon deneget. Septimū argumentū *ex l.qdam Hiberus*, à propoſito alienum eſt, & ſi in argumentū trahatur, dicite ex benevolentia potius q̄ neceſſitate, ut & poſterioribus legis verbis innuitur, ſæpius vicinum inter-

terpellaſſe. Quod octavo proponebatur, ſimplicem monitionem in damnoſis moræ ꝓcreatricem haud eſſe, nondum probatum eſt: Imò cũ poſſit incommoda & damna ex mora emanentia monitus effugere, ſibi imputet, cur nõ id fecerit. Non obſtat. *d.l.ſi filiusfamil.d.tutel.cum ibid. notatis à gloſſ.* in diverſis enim terminis loquuntur. Nam ut parens teneatur ex adminiſtratione tutelæ filii, neceſſum tutelam agnoſcat, monendo autem, puta ut ſit providus, diligens circa pupillum & ejus res, non agnoſcit, quoniam is agnoviſſe videtur qui geſſit, ſive gerenti filio conſenſit. *d.l.ſi filiusfamil.* Ultima oppoſitio ducta erat. *ex l.1.§. ſufficit.d. libell.dimiſſ.& l.1.§.de inſpiciendo.ff.de ventr.inſpic.*

Ad primam reſpondeo id propterea conſtitui ſic debere, quoniam lex

opinata eſt judicem illum plurimis occupatum negotiis facile obliviſci poſſe, *quod omnes probant in l. quod juſſit. ff. de re judic. ut refert Menoch. d. caſ. 220. n. 42.* Ad alteram dico, ideo pluribus opus eſſe denunciationibus, quia pluries venter, antequã mulier pariat, inſpiciendus eſt, ne fraus aliqua fiat, quæ quidem fieri cum poſſit pluries, ita aſſidua requiritur inſpectio *ut ait Menoch. d. loco num. 41.* ſufficit igitur unica inter-
17 pellatio. Quæ an etiam conditione exiſtente requiratur? nodoſus eſt articulus: Conditionem cum dico, intelligo eam quæ in futurum dirigitur, & obligationem & actionem ſuſpendit: ut propriè à JCtis accipi ſolet. *l. inſtitutio talis 10. §. 1. ff. de condit. inſtit.* veluti ſi navis ex Aſia venerit, aut Cæſar Rudolphus II. Turcas devicerit, cujusmodi ſermo ex ſen-

ſententia *Ariſtotelis* dubius & incertus eſt, Ex ſententia Stoicorum ante exitum rei nec verus nec falſus, quam probaſſe noſtri auctores videtur, licet Paulus *in l. ſed etſi reſtituatur. §. ultim. ibid. Cujac. ff. d. judic.* ad Diodori ſententiam acceſſerit affirmantis, id quod futurum eſt antequam fiat, jam verum eſſe aut falſum. Interdum tamen & conditio in præteritum, aut præſens concipitur, in præteritum, veluti ſi Titius Conſul fuit, in præſens: Si Titius Conſul eſt. *l. cum in ſecundo. ff. d. injuſt. rupt. irrit.* Sed minus propriè, uti oſtendit *d. l. inſtitutio talis. 10. §. 1.* quoniam in iis obligatio non ſuſpenditur: Nam ſi conditio vera eſt, ſtipulatio tenet, quamvis contrahentes conditionem ignorent. *l. cum ad præſens 37. ff. de reb. credit. l. conditio 100.* Itaque tunc poteſtatem condi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& vera, non etiam irregulari, quæ ætatis privilegio nititur: quoniam pro mora non habetur, quod indicare voluit verbis: *Quamvis enim conſtitutum ſit ut minoribus viginti quinq; annis uſuræ omninò præſtentur, tamen non pro mora* (ſcilicet regulari) *hoc habendum eſt*, quod ex eo probat, quoniam ſi vera mora eſſet, jam ſufficeret eam ſemel per interpellationem conſtitutam eſſe, ut perpetuò duraret, atque ita textum reſpectu interpellationis intelligendum eſſe, JCti ſcopus oſtendit, qui hic fuit, ut petenti minori reſponderet,)eſt n. illa *l. 87. §. uſuris. ex lib. 14. reſponſor. Paul.*) quando uſuræ debentur ex mora in fideicommiſſo, non vero ulla ratione rem explicaſſet, ſi, ut volunt illi, verba illa, Quã ſufficit ſemel interveniſſe, retuliſſet ad moram commiſſam, quoniam id mino-

minorem minimè latebat mora cõmiſſa uſuras deberi, ut nec de eo inſtituendus fuerit, at quando commiſſa, de eo dubitabat, & per conſequens JCtum de eo conſultum reſpondiſſe res ipſa dictat. 5. Quia in *d.l.mora 32.d.uſur.& l.23.d.V.O.l. qui decem.72. ff. d.ſolut.* interpellatũ in mora conſtitui, dicitur, ſimplex autem ſermo de actu uno vel primo intelligi debet. *l.boves. §.hoc ſermone.ff.d. V.S.* 6. Quin, qui ſtipulatur ſibi dari, cũ petierit, quaſi ſine mora dandum ſtipulatur. *l.ſi decem 48.ff. d. Verb. Oblig.* quapropter cum in ſtipulatione ea, quæ quodammodo conditionalis videtur, imò eſt verba non etiam mentem conſiderando, rationis certè fuerit, id multò magis admittere in obligatione pura, & conſtituta: ut cum petierit creditor, in mora conſtituatur debitor.

tiam exigit, ut ſcilicet conſtet de ejus mente, voluiſſe ſerio ſervum interpellare, & nunc denuo eandē ſeriò reiterare, aliis itaq; caſibus, ubi ſcilicet ipſe debitor interpellatur, nulla requiritur inſtantia, ſed facta ſemel interpellatione mora incipit. *d.l.Titia.§ uſuras. d legat.2.* Quod in ſecundo argumento proponitur, ex probatione in contrarium fortiore refellitur, cum enim verbis voluntatem ſuam teſtibus præſentib⁹ declararit creditor, quæ malum inſania nos in præjudicium diligentis creditoris, & favorem odio alias ꝓſequendi debitoris, à priore ſententia deſciviſſe & defunctoriè præſumere petiiſſe, adigit? Quod addebatur ꝓ tertio de contumace, poſſet pro ſententia noſtra induci, quoniam & unica citatio pro tribus ſufficit. *l. nonnunq̃ 72. d. judic.* Quod vero ſæpius trina

fiat, ad noſtrum caſum non rectè transfertur, nam & de graviore debitoris præjudicio agitur, quoniam eo planè non comparente in bonorum poſſeſſionem miſſio à Prætore decernitur. *tot. tit. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* ut quoque cautius meritò agendum ſit. Quarta objectio petita eſt à ſeparatis, Quod enim Juſtinianus *in d. Novell. 117. c. 15.* trinam denunciationem requiſiverit, propter rei gravitatem factum eſt, Agitur quippe ibidem de occidendo adultero, ad quod celeri feſtinatione deveniendum õn erit. Similiter quod ſancitum eſt *in d. Novell. 115. c. 2.* pertinet ad ordinem judiciarium, à quo minimè recedendum eſt: Et ratio ſæpius reitetandæ monitionis, vel concedendi termini, in eo eſt, ne facilè conqueri poſſit litigans, ſe arcto nimis conſtringi ſpacio, cum res ver-

gat

gat ad ſententiam. Quod verò JCtũ attinet. *in d.l.ſi convenerit:* Reſpondemus id dominii intuitu, ne eo facilè privetur debitor, conſtitutum eſſe, Nam cum ſollicite debitor proſpexerit ſibi ne pignus diſtrahatur, fieri ſanè non debet, ut ſimplici voluntatis declaratione creditoris à conventione recedatur, ſed demum utriusque, quam lex conjectat in ſomnolento debitore, qui ter monitus pignoris redimendi rationes non inierit. Sic quod Fridericus *in d. auth. ſtatuimus.* conſtituit, propter privationẽ jurisdictionis, quę præjudicii maximi eſt, nõ aliter ſtatui debuit. Quintam oppoſitionem ſuppeditarunt. *d.l. qui Romæ. §. cohæredes. d.V.O.l. Æmilius. 38. ff. d. minor. l. ſi mandato 59. §. ille illi. ff. mandati.* de ſingulis videndum erit. Et quidẽ communis reſponſio eſt *ad d. l. qui*

Romæ. §. *cohæredes.* ibi ex facto ita contigiſſe, ꝙ plures interpellationes factæ fuerint, à verbis autem facti ad jus velle arguere nõ licebit. *Bart. Iaſon. Duar. & alii ibid.* & omnes animadvertere dicit. *Iacob. Menoch. d. caſ. 220. n. 37.* Quam tamen nõ admittunt. *Baver. d. p. 1. n. 3. d. mora. Rubeus in l. vinum. n. 175. de Reb. credit.* Etſi enim verba facti narrativa juris diſpoſitionem non inducant, nõ tamen procedit id, quando JCtus fundat ſe ſuper verbis narratis. *clem. 1. d. probat.* Ex facto enim jus oritur. *l. ex plagiis. §. ſi in clivo. ff. ad l. Aquil.* Nũc autem conſtat, *in d. §. cohæredes.* JCtũ ſe fundare expreſsè ſuper narratis, in verbis, *Reſpondi ſecundum ea quæ proponuntur, obſtaturam doli mali exceptionem.* Quæ ſanè replicatio, ſi verum dicere liceat, communem reſponſionem confundit. Quare me-
cum

cum conſiderate, num rectius ſpeciale aliquid *in d.* §.animadverti poſſit, quod tale eſt. Conventum eſt ne prædium hæreditarium extra familiam alienaretur, & addita pænalis ſtipulatio in alienantem, quod favorem totius familiæ concernit. Nam forſan in eo defecit pater, minor crevit, infans reptavit, aut majorum imagines ſunt, quas non videre fixas aut revulſas videre, ſatis eſt lugubre, ut loqtur Conſtantin⁹ *in l.lex quæ 22.C.de admin. tut.* & alias durũ ſit, laribus ſepulchriſq; avitis carere, *in l.fundo 38.ff. d. Rei vend.* ideoque unica interpellatio vix admitti contra tam magnum favorem, qui penitus omnem alienationem enervare poſſet, admitti debuit, maximè enixam voluntatem oſtendentibus cohæredibus eo, quod pænalem addiderint ſtipulationẽ, ne tamen per-

Digitized by Google

vicacibus hoc modo ratio divexandi pauperiorem cohæredem oriatur, rectius putatum permittendam alienationē eſſe partis mulieri, quæ ſæpius teſtato cohæredis tutores cōvenerit, & deſideraverit, ut ſecundū conventionem aut emerent, aut venderent, Cum enim illi toties cōventi non reſponderint, lex conjectat eos favori ſupra dicto renunciaſſe, Qui enim actum impedire poſſunt loquendo, tacendo eum comprobare videntur. Atque hanc reſponſionem (ne novitas falſitatis ſuſpicionem ingerat) haud dubiè conſideravit. *Æmyl. Ferret. in d. §. cohæredes.* Mora (inquit) unica negatione committitur. *l. Titia Sejo §. uſuras. d. legat. 2. l. mora. de uſur.* Sed in hac facultate alienandi vel non, ſæpius teſtato eſt denunciandum. De altera nimirum. *l. Æmilius. d. minor.* hæc eſt

eſt reſponſio *Iaſonis in l. vinum n. 17. Decii. n. 14. Rubei. n. 181.* quos ſequitur. *Mendch. d. c. 220. num. 25.* duos ibidem ſolutioni terminos adjectos fuiſſe, & in utroque pactum legis commiſſoriæ, ut non mirum ſit, ſi plures interpellationes interpoſitæ fuerint. Verum mihi non placet, Nã etſi duo termini adjecti fuerint, nihil tamen obſtat, quo minus ceſſantibus tutoribus Rutilianæ in primo termino, in mora per unicam interpellationem conſtitui poſſint, nec poſſit alter ille terminus poſterior, ut ejus intuitu aliqua debuerit interpellatio fieri, conſiderari, cum nunc ex pacto legis commiſſoriæ conſtet, fundum propter ceſſationem in primo termino pro nõ empto haberi. *l. 1. & tot. tit. d. leg. commiſſor.* Quapropter à communi reſpõſione non recedite, quæ ita ex facto

 con-

contigiſſe in ſpecie. *d.l. Æmylius*, exiſtimat. Et rectè, nam vim nullam ponit JCtus in verbis: denunciationibus ut preciũ ſolveretur, ſed narrativè. eadem reſponſione elidite. *d.l. ſi mandato. §. ille illi. ff. mandat.* Sexto movebatur Corraſ. *d. l. Qui Romæ. §. Seja. ff. d. V. O.* qui textus, ut nobis officiat tantum abeſt, ut etiam expreſsè ſententiã noſtrã cõfirmet, quoniã ſaltem requirit, ut Seja non ceſſaverit, ex ſtipulatione pecuniã offerre, non ceſſare eam dicimus, ſi ſemel obtulerit. *l. qui decem d. ſolut.* vel cum petenti creditori, ne aliãs poſterior mora noceat, ſolutionẽ uon deneget. Septimũ argumentũ *ex l. qdam Hiberus*, à propoſito alienum eſt, & ſi in argumentũ trahatur, dicite ex benevolentia potius q̃ neceſſitate, ut & poſterioribus legis verbis innuitur, ſæpius vicinum inter-

terpellaſſe. Quod octavo proponebatur, ſimplicem monitionem in damnoſis moræ pcreatricem haud eſſe, nondum probatum eſt: Imò cũ poſſit incommoda & damna ex mora emanentia monitus effugere, ſibi imputet, cur nõ id fecerit. Non obſtat. *d.l.ſi filiusfamil.d.tutel.cum ibid. notatis à gloſſ.* in diverſis enim terminis loquuntur. Nam ut parens teneatur ex adminiſtratione tutelæ filii, neceſſum tutelam agnoſcat, monendo autem, puta ut ſit providus, diligens circa pupillum & ejus res, non agnoſcit, quoniam is agnoviſſe videtur qui geſſit, ſive gerenti filio conſenſit. *d.l.ſi filiusfamil.* Ultima oppoſitio ducta erat. *ex l.1.§. ſufficit.d. libell.dimiſſ.& l.1.§.de inſpiciendo.ff.de ventr.inſpic.*

Ad primam reſpondeo id propterea conſtitui ſic debere, quoniam lex

ſententia *Ariſtotelis* dubius & incertus eſt, Ex ſententia Stoicorum ante exitum rei nec verus nec falſus, quam probaſſe noſtri auctores vidẽtur, licet Paulus *in l. ſed etſi reſtituatur. §. ultim. ibid. Cujac. ff. d. judic.* ad Diodori ſententiam acceſſerit affirmantis, id quod futurum eſt antequam fiat, jam verum eſſe aut falſum. Interdum tamen & conditio in præteritum, aut præſens concipitur, in præteritum, veluti ſi Titius Conſul fuit, in præſens: Si Titius Conſul eſt. *l. cum in ſecundo. ff. d. injuſt. rupt. irrit.* Sed minus propriè, uti oſtendit *d. l. inſtitutio talis. 10. §. 1.* quoniam in iis obligatio non ſuſpẽditur: Nam ſi conditio vera eſt, ſtipulatio tenet, quamvis contrahentes conditionem ignorent. *l. cum ad præſens 37. ff. de reb. credit. l. conditio 100.* Itaque tunc poteſtatem condi-
 tionis
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tionis (inquit Papinian.) obtinet, cum in futurum res confertur. *l. 39. d. Reb. credit.* Quæritur ergò an exiſtentia conditionis debitorem in mora conſtituat? quod voluit. *Accurſ. in l. ita ſtipulatus ſum. 115. §. item ſi quis. verb. agendum. d. V. O. Duar. c. 8. d. ſtipul. ſervor. Hotoman. in tract. d. mora. verſ. ſin autem.* moventur illi fundamentis inſequentibus. 1. *l. quoties in diem. 56. ff. d. V. O.* in cujus ſpecie obligatio in diem & ſub conditione comparatur, & veluti in obligatione in diem æſtimatio ad tempus moræ, quod incipit ab eo die quo peti poteſt, refertur: ſimiliter & in obligatione conditionali ad diem eum, quo conditio extitit, redigitur. 2. Quia inquit *Hotom. d. loco* conditio officii ſui debitorem monere videtur: ut ſic ab alio minimè,

quid

quid ipſi faciendum ſit, monitio.nem expectare debeat. *l. magnam. C.d.contrah. & committit. ſtipul. l. 2. C.d.jur. Emphyt.* 3. Utuntur. *l. evictis agris. 18. ff. d. uſuris.* Evictis agris, ait Jureconſultus, ſi initio convenit, ut venditor precium reſtitueret, uſuræ quoque poſt evictionem præſtabuntur. Conventio in caſum evictionis agrorum interpoſita ſte: atq; ita ſub conditione, qua poſtmodum ſubſecuta, uſuræ præſtantur, atque ita mora committitur. Contrariam opinionem habuit. *Bartolus. in d. l. quoties. 59. d. V. O.* ubi ſubjicit omnes ita tenere. *Baver. p. 2. n. 6. d. mora. Ferret. d. mora. n. 23.* in quo omnes (inquit) conſentiunt. *Forcat. p. 3. nu. 6. Zaſius in d. l. quoties. num. 7. Tiber. Decian. 3. conſil. 102. nu. 22.* quorum ſententiam ut & nos ſequamur, par eſt. Quoniam vulgare noſtrorũ eſt,

eum

eum intentionem habere fundatã, qui regulam pro ſe habet. *arg. l. ab ea parte. 5. d. probat. notant. Regaliſtæ ad l. 1. d. Reg. Iur. Tiber. Decian. 1. conſil. 53. n. 8.* Regula autem in materia noſtra eſt, neminem ſine interpellatione in mora conſtitui. *d. l. mora 32. d. uſur. l. ſi ex legati. 23. de V. O. cum ſimil.* quocircò ei ſtabimus, ita ut qui contrarium adſtruere velit, ratione vel lege id facere neceſſe habeat.

2. Ut quis in mora conſtituatur, requiritur ut aliqua juſta cauſa ſit, propter quam intelligere debet, & poteſt, ſe dare oportere. *l. 5. d. reb. cred.* In cõditionis autem exiſtentia nulla juſta cauſa dici poterit, cum ea multis modis incerta eſſe poſſit, Et ut maximè ſciat debitor eam extitiſſe, nihil tamen proponitur ex quo de ſolutione moneatur, cum conditionis exiſtentia ſaltem obligationem

nem inducat. *d. l. quoties 59. d. V. O.* 3. Quia exiſtente conditione obligatio habetur pro pura. *l. cedere diẽ 213. d. V. S. l. quoties 59. d. V. O.* In pura autem quin interpellatio exigatur, nullum dubium eſt. *d. l. mora. l. 32. d. V. O. Ergo.* 3. Argumentum habuit Bartol. quia de mente juris eſt iniquum, quod eo puncto quo quis obligatur eodem in mora conſtituatur. *l. quod dicimus ff. d. ſolut. l. promiſſor. ff. d. conſtit. pecun. §. f. inſt. d. inutil. ſtipul.* Sed ante conditionem non eſt obligatio. *d. l. cedere diem.* Ergo. Non obſtant ſupra adducta argumenta, & non quidem primũ *ex d. l. quoties 59.* extructum, quoniam legem illam intelligo ita, ut cõparetur conditio diei quo ad olei æſtimationem, non moræ commiſſionem, nam quemadmodum olei, vini, ad diem certum promiſſi, æſti-

matio

matio talis debetur, qualis fuit tempore diei exiſtentis, ſimiliter debebitur æſtimatio temporis ejus, quo cōditio extitit, quia tunc peti potuit *ut ait ICtus in d.l.quoties.* at non etiã, quemadmodum dies moram procreat, ſimiliter & conditio inducit. Secunda oppoſitio corruit ex ratione 2. & 3. noſtræ opinionis. Quod *l.evictis agris,* attinet, rectè *Bartolus* reſpondit, ibi re ipſa moram contrahi, non quidem ex conditionis exiſtentia, ſed ex eo, quia à parte ſua
28 emptor contractum adimpleverat. *l.5.C.de act.empt.* Quod autem diximus interpellatione in mora conſtitui debitorem, id ſic communiter intelligitur, ut non ſtatim debitor interpellatus pro moroſo habeatur, ſed modico prius temporis ſpatio, intra quod promiſſum implere poteſt, conceſſo. *Iaſ. in l ſi ex legati.23. n.5.*

n.5.d.V.O. Decius in l. in omnibus. d. Regul. Iur. Bellon.1.ſupput.17.n.3.Tiraq d.retract.conſang. §.1.gloß.15.nu. 23.Hieronym.Butigell.ad l. vinum. n. 3.Menoch.2.arbitr.jud. quæſt. caſ.36. & de communi atteſtatur. *Soaretz. lit.M. n. 117. in theſaur. recept. ſent.* nec quemquam invenio qui ab ea diſſentiat, *ſolo Iohanne Rubeo excepto in l.vinum.n.34.d.Reb.credit.* qui putavit citra ullum temporis laxamẽtum in mora debitorem conſtitui, Sed contra *Rubeum* eſt veritas, Nec enim cum ſacco debitor adire cogitur, ſed adhito temperamento temporis *ut ait Paulus in l. quod dicimus. 105.d.ſolut.* aut in mora modici temporis magnum damnum eſt. *l.ſi debitori.21.ff.d.judic.* Nec ſtringit fundamentum *Rubei*, jura ſcilicet ingeminare interpellatum ubiq; in mora conſtitui. *l.mora. 32. d.uſur. l. 23.*

d.V.

d. V. O. Nam & is qui ſtatim ſolvere jubetur, nihilominus laxamentum aliquod habet *ut oſtendit ICtus in d. l. quod dicimus. 105.* imò temperamentum aliquod poſt interpellationem dari, expreſsè probat. *l. ſi quis filium. 5. §. ſtipulatio autem. 1. ff. de collat. bonor.* Nec valet replicatio *Rubei.* id ſpeciale ibidem eſſe, quia boni viri arbitrio collatio fieri debet, quoniam utitur JCtus particula, MAXIME, quæ indicat aliàs quidem largiri illud ſpacium, ſed tamen maximè in collatione dandum, quia viri boni &c. Conſiderabam ego aliud argumentum contra communem, quod tale eſt, ſi tempus aliquod poſt interpellationem à mora vacuum conſideremus, effectus ejus erit, ꝙ non à tempore interpellationis, ſed ejus demum, quod judex arbitrabitur, in mora poſſit conſtitutus dici debitor,

tamen actioni locus eſt, quæ hæc erit: *Pupillus obligatur naturaliter*. Nã alias hoc inconveniens ſequeretur, D. Pium non ſolum actionem, verũ etiam obligationem introduxiſſe quod eſt contra. *l.5.ibi. cuivis alii actionem ff. d.author. & conſenſ. tut. l. 3.§.pupillus.ibi conveniri poteſt. ff. de neg.geſt.l.3.in pr.ibi dandam utilem commodati actionem.ff.commo. l.1. §. an in pupillum.ibi datur actio in eum. ff. depoſit.* obligationi itaque antea præexiſtenti hanc vim & effectum D. Pius conceſſit, ut ex agi poſſit, cũ tamen antea agi non potuerit, ut jus eſt in omni naturali obligatione. Verum hanc naturalem obligationem vehementer impugnant duo JCtorum reſponſa, præcedentibus, uti apparet, contraria: quorum prius eſt. *in l.quod pupillus.41. d.condict. indeb.* alterum vero in *l. pupillus 59. d.*

N *oblig.*

2. Non rectè dixiſſet, eam pupilli obligationem inutilem, & nullam eſſe: quoniam ex conſtitutione D. Pii utilis eſſet, & efficax: niſi forſan replicaverint, Juſtinianum illud tẽpus reſpicere, quod fuit ante D. Pium, quo nulla adhuc efficax erat cõtra pupillum actio: Sed nihil efficient, quoniã non ſolet Juſtiniã. in primis elementis vetuſtum jus, niſi addito etiam eo, quod poſteriori tempore introductũ eſt, exponere. Et quænã ratio ipſum excuſare poſſet, qui traditurus jura populi Romani, illud quod in uſu eſt, omitteret, exoletum vero proponeret? ratione non diſſimili, ſi quis hodie noſtrũ interrogaretur, utrum fidejuſſor ante reum principalem conveniri poſſit? Reſponderet, non poſſe, & poſtea ſe excuſare volens, ſubderet, de eo ſe jure loqui, quod in uſu fuit ante tempora Juſtini-

ſtiniani, annon eum irriſione dignũ
exiſtimaretis? Progredior ad *l. cum* 15
illud. 25. §. 1. ff. quand. dies legator. Spe-
cies hæc eſt, Teſtator Titio legavit,
quod ipſi Sejus pupillus debebat:
Pupillus autem nummos ſine tuto-
ris autoritate accepit, nec locuple-
tior factus eſt, quæſtio oritur an uti-
le ſit legatum? Et diſtinguit Papini-
anus, aut teſtator legans retulit ver-
ba ad præſens debitum, & non valet
legatum, aut cogitavit naturalem
obligationem & futuram ſolutio-
nem, quam facere pupillus poteſt,
& valebit legatum: licet interim ni-
hil petere poſſit Titius. Habetur
enim hoc legatum perinde quaſi ta-
citè ſub hac conditione factum ſit:
Titio dato, quod pupillus ſol-
verit. Apparet itaq; in ꝓpoſita ſpe-
cie, quod popillus nõ ſit factus locu-
pletior, & tamen ejus debiti, propter
natu-

naturalem obligationem & futuram ſolutionem, utile legatum eſt. Huic legi quod reſpondet Cujac. nihil aliud habet, quam pro particula NEC, quæ in P. florentinis duobus ſemicirculis incluſa, & circumſcripta eſt, ET ſubſtitui debere. Probat *Borch. d. c. 3. num. 42.* & veriſſima emendatio videtur. *Herm. Vultejo. d. diſcegt. 16.* qua poſita correctione, videamus, ne maximè illud incurrant: quod vitare plurimum ſtudēt. Nam pupillum locupletiorem factum non ſolum obligari, verum etiam conveniri, ex reſcripto D. Pii volunt. *l. 3. §. pupillus. d. neg. geſt.* & recte: nunc autem admiſſa correctione eorum, in ſpecie. *d. l. cum illud. §. 1.* pupillus locupletior factus invenitur, ita ut non ex futuro, ſed præſenti tempore utile legatum illud, Heres meus Titio dato, quod

mihi

mihi Seius pupillus debet, haberi debeat. Reſpondet *Borchold.* inde non effici pupillum locupletiorem factum non eſſe. Datur quidē in pupillum locupletiorem factum ex reſcripto D. Pii actio, verum ad hoc reſcriptum D. Pii JCti non ſemper attenderunt, ſed quandoq; reſcriptum illud prætereunt, & ad ſolam naturam obligationis naturalis reſpiciunt. Poſſet illud reſponſum præteriri eadem confidentia, qua adſeritur, ſed mecum rogo perpendite, num veroſimile magis ſit. Papinianum jus illud, quod ſuo tempore frequentabatur, conſideraſſe, quam illud, quod ex uſu moribusq; Populi Romani abierat, propoſuiſſe. Quod cum animadverteret. *Joh. Gœdd. d. c. 7. n. 249.* maluit particula nec retenta alium Papiniani ſenſum adferre, Papinianum ſcilicet fateri, rela-

relatione ad jus habita, pupillum neque naturaliter neque civiliter obligatũ eſſe: ſi vero opinionem teſtatoris intueamur, & factum naturale q̃ ſubeſſe, vel ſequi poteſt, eſſe inſtar legati ſpei, quod nihil in petitione habet, quam ſi revera id quod ſperabatur, eveniat. Quæ reſponſio non videtur menti Papinianeæ congrua. Quod enim Papinianum fateri dicat, pupillum naturaliter obligatum non eſſe: apertiſſimè verbis ejusdẽ refellitur, quoniam proponit utile legatum eſſe, *ſi teſtator verbo debiti naturalem obligationem, & propter eã cogitaverit futuram ſolutionem*, quæ naturalis obligatio dici non poteſt ex teſtatoris opinione, ſed ex jure, quod vel obligationem civilem, vel naturalem facit. Deinde Scopus JCti oſtendit, obligationem naturalem ſubeſſe, qui in eo verſatur, ut oſtendat

oſtendat, quando dies legati ejus cedat, *Heres meus Titio dato quod mihi Sejus pupillus debet*, quod inutiliter fieret, ſi debitum nullum proponas, quoniã ut non entis nullæ ſunt qualitates, ſic non debiti dies, quando cedat, ſupervacaneè quæreretur: *quinimò* addit JCtus[i], quod ſi contingat, *ut pecuniam pupillus exolvat, heres legatarii petitionem habet*. Si pupillus dicatur ſolvere, neceſſarium eſt ut ſolvat id, quod vel naturaliter vel civiliter debet, quoniam ſolutio eſt ejus quod debetur *teſte Juſtiniano in pr. Inſt. qb. mod. toll. obl.* Pon- 16
deravit porro pro hac ſententia. *Hugo Don. ad l. 127. ff. d. V. O. l. Stichum. §. additio. d. ſolut.* in qua proponitur, quod creditor adierit hereditatem pupilli, ejusdemque ſui debitoris, & in ponenda ratione legis Falcidiæ, ej⁹, quod pupillo ſine tutoris autori-

tate

ſtate mutuo dedit, ſolidum ex hæreditate deducit. Aditio enim pro ſolutione cedit. *Solidum* (inquit) *non quanto locupletior factus eſt pupillus*, retinet & deducit. Unde plus quam manifeſtò apparet, etiam pupillum in plus quam ex contractu conſecutus eſt, obligari: Reſpondent contrarii, multa retineri poſſe, quæ alias acquiri nequeunt: atque ita facilius in propoſita facti ſpecie creditor retinet id, quod jam habet, quam ut conſequatur quod nõ habet. Quod ſi creditor hæreditatem non adiiſſet, non plus quam quo pupillus ex mutui datione factus erat locupletior, actione conſecuturus fuiſſet; Cum autem hæreditatem adiiſſe p̃ſupponatur, atque ita ſolidum teneat, cur non etiam ſolidum retineat? *Herm. Vult. d. diſcept. 16. Borch. d. c. 3. num. 44.* Sed dico retentionem ejus

tantum

tantum eſſe, quod debetur, nam alias ſi retineret, non jure retineret, at in caſu *d.l.95.* §.*aditio.d.ſolut.* ei retẽtio conceditur. Ergo tantum ejus ꝙ debetur. Deinde ex illis verbis legis. Sed in ſolidum creditum ſuũ ex hæreditate retineret, ſic argumentor, non eſt creditum, niſi ubi ſit debitum. Creditum autem ſolidum conſequitur in ſpeciè *d.l.* creditor. Ergo tantum & debitum, Et ſic per conſequens non ſolvitur ei quicquam per aditionem, niſi quod debetur. Atque ita verba illa legis, Aditio aliquando pro ſolutione cedit, interpretor, ut quidem aditio inſtar ſolutionis ſit, & perinde eſſe, ac ſi pupillus, cui credita pecunia eſt, creditori qui adit hæreditatem, pecuniam ſolviſſet. Sed tamẽ inde non conſequitur, aliquid pro ſolu-

quo fit ut *in d.l.ſi pupillus. 127.* aliam ſtipulationis cauſam per ſe firmam, ex qua locupletior pupillus apparet, aut novatam, aut iteratam per hanc ſtipulationem, qua Stichum promittebat, & fidejuſſorem dabat, præſuponamus. Non rectè, 1. quoniam & ſtipulatio rectè per ſe ſubſiſtit, nullius auxilii indiga, ut maximam contineat divinationem, dicere *in d. l. ſi pupillus*, aliam fuiſſe cauſam. 2. Non utiq; negaret Scævola, ſi pupillũ locupletiorẽ factum eſſe dixerimus, quod adverſus pupillum efficax ſit actio ex reſcripto D. Pii *l. 5. d. autor. tutor. l. 3. ff. commod. l. 3. §. 1. d. negot. geſt.* Denique conſiderate *l. obligari 42. ff. d. oblig. & act.* Pupillus (inquit) ſine tutoris autoritate non obligatur jure civili. Ergò à contrario obligabitur jure naturæ: aliàs enim non ſatis conſiderate JCtus addidiſſet, jure

civili.

tamen actioni locus eſt, quæ hæc erit: *Pupillus obligatur naturaliter.* Nã alias hoc inconveniens ſequeretur, D.Pium non ſolum actionem, verũ etiam obligationem introduxiſſe quod eſt contra. *l.5.ibi. cuivis alii actionem ff. d.author. & conſenſ. tut. l. 3.§.pupillus.ibi conveniri poteſt. ff. de neg.geſt.l.3.in pr.ibi dandam utilem commodati actionem.ff.commo. l.1. §. an in pupillum.ibi datur actio in eum. ff. depoſit.* obligationi itaque antea præexiſtenti hanc vim & effectum D. Pius conceſſit, ut ex agi poſſit, cũ tamen antea agi non potuerit, ut jus eſt in omni naturali obligatione. Verum hanc naturalem obligationem vehementer impugnant duo JCtorum reſponſa, præcedentibus, uti apparet, contraria: quorum prius eſt. *in l.quod pupillus.41. d.condict. indeb.* alterum vero in *l. pupillus 59. d.*

oblig. & act. in priore hæc leguntur verba: *Quod pupillus ſive tutoris autoritate ſtipulanti promiſerit, & ſolverit ejus eſt repetitio: quia nec natura debet.* In poſteriore, ſequentia: *Pupillus* (ait JCtus) *mutuã pecuniã accipiẽdo, ne jure quidẽ naturali obligatur.* Don. *ad d. l. 127.* reſpondet, obligari pupillũ naturaliter: ſi res ſpectetur, in re enim obligatio ex ejus conſenſu eſt, non vero ſi perſona ejus ſpectetur, De qua reſponſione dixi alibi, nec vobis incognito loco, ubi & illam à Modernorũ impetitionibus defendi poſſe oſtendi. Nunc apertius reſpondebo, pupillum ſcilicet tã reſpectu perſonæ, quam præſtiti cõſenſus circa rem obligari, hoc eſt, ſic teneri, quemadmodũ alius quicunque naturaliter obligatus, ita ut omnes naturalis obligationis effect⁹ in hanc pupilli, non ſecus ac cujusvis

ma-

majoris, obligationem cadant, quod & ſupra citatis legibus ꝓbatur. Excipitur unicus repetendi ſoluti caſus, Si n. major id, quod naturaliter debet, ſolverit: ſoluti ut indebiti condictionem non habet. *l. naturaliter 13. L. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12. l. 60. in pr. l. 64. ff. d. cond. indeb.* pupillus vero ſi ſolverit id, quod natura debet, ejus ut in debiti condictionẽ habet. *d. l. quod pupillus. 41. ff. d. condict. indeb.* quod non debiti qualitate receptum eſt; Nam etiam id quod pupillus civiliter & naturaliter debet, nullo modo ſolvere poteſt. *l. obligari. 9. §. pupillus. 2. d. auth. tut. §. f. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* ſed ætatis beneficio, cui hoc indultũ, ut non poſſit ullo modo in perniciem ſuæ ſubſtantiæ obligatio naturalis vergere, Neq; tamen propterea obligationis naturalis ſubſtantia tollitur, Nam ſi

minor major factus debitum naturale agnoverit, & ſolverit, non repetit. *d.l.cum illud.25.§.1.quand.dies.legator.* qui notabilis eſt ejus obligationis naturalis effectus, ſi enim obligatio non ſubſtitiſſet, qua ratione repetitio impediretur? quæ enim ab initio nulla obligatio eſt, ex poſt facto convaleſcere non poteſt. *l. 1. d. Reg. Caton.* Quapropter vera eſt, & manet obligatio, ſed ejus effectus, reſpectu ſolutionis, dormit in pupillo usque ad ætatem legitimam. Neq; valet argumentatio, *Repetit ſolutum. Ergo obligatus naturaliter non eſt*, Nam & pupillus repetit id quod civiliter debet, ſi ſolvit. *l.interdum.d. condict.indeb.d.§.f.Inſtit. quib. alien. lic.vel nov.* quis tamen propterea eũ non obligatum dixerit? Ex quibus nunc facilè intelligimus, quid velit JCtus *in d.l.quod pupillus. d. condict. indeb.*

indeb. pupillo repetitionem ejus quod ſolverit concedens. Cum n. rerum adminiſtrandarum ei jus non competat. *l. jusjurandum 17. §. 1. d. jurejurand.* neque poſſit ullum in accipientem dominum transferre, *d. l. obligari. §. pupillus.* Sanè res poſtulavit, id ita conſtitui, quod vero addit JCtus, quia nec natura debet, id tacitæ objectionis removendæ cauſa additum eſt. Poſſet enim JCto opponi, atqui condictionem indebiti naturalis obligatio impedit. Pupillus vero naturaliter obligatus eſt. Ergo. id dico ut vitet, ſubjicit, ideo repetere, *quia nec natura debet*, hoc eſt, perinde haberi, ac ſi non natura deberet: quoniã natura non eo uſq; hanc comprobat obligationẽ, ut ej⁹ prætextu poſſit quicquã pupillus rebus de ſuis diminuere. Atq; ejusdẽ ſenſus eſt. *d. l. pupillus. 58. de obl. & act.*

20 Nu c de minore, hoc eſt, eo qui decimum quartum annum egreſſus eſt, videndum eſt, an is ſcilicet per interpellationem in mora conſtitui poſſit. De quo breviter negative reſpondeo, Nam cũ curatori rerũ ſuarum adminiſtratio conceſſa ſit, *l. ſciẽdum 20. ff. d. rit. nupt.* nõ ſane poterit minor earum quicquam alienare, id autem contingeret, ſi moram eum incurrere poſſe concederemus: trahit enim illa ſecum uſuras, intereſſe & alia. Niſi forſan curatorem non habeat, hoc enim caſu moram quidẽ incurret, ſed tamen incommodum ex ea proveniens reſtitutione in integrum avertet. *l. 3. C. d. in integ. reſtit. Baver. p. 3. num. 12.*

21 Moram quoque non facit is, qui cum ſolvere vult, non ſit qui recipiat. *l. pecuniæ 9. §. 1. d. uſur.* aut interpellatus, ſubito Reipub. cauſa abeſſe

coactus

coactus ſit, ut defenſionem ſui mandare non potuerit: ſive etiam iu vinculis hoſtiumvè poteſtate eſſe cæperit. *l. ſed etſi 23. ff. d. uſur.* aut etiam alia quælibet juſta de cauſa differens, qua in re prudentis judicis arbitrio multa relinquuntur. *l. mora 32. d. uſur.* Pro complemento egregia annectenda eſt quæſtio, num 22
difficultas juſta ſit differendi cauſa, ita ut propter eam à mora excuſari poſſit debitor? Difficile id eſſe dixit, (*Thomas Aquinas part. 1. quæſt. 62. articul. 2.*) quod transcendit potentiam ſecundum naturam, vel propter impedimentum. Noſtri prius impoſſibile vocant, quemadmodum Juſtinianus oſtendit, Impoſſibilis (inquit) conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat. *§. ſi impoſſibilis. 11. Inſt. d. inutil. ſtipul.* poſterius recte dicitur.

Nam & noſtri ea difficilia propriè dicunt, quæ quidem re ipſa præſtari poſſunt, & per naturam: ſed non tamen à perſona: propter impedimentum ipſi obſtans. *l. cum hæres. §. 1. ff. d. ſtatu liber.* quo recedente, id quod difficile fuit, facilè fit, atque ob hanc ipſam cauſam non ſolet difficultas contractus vitiare. *l. 2. §. ex his. ff. de V. O.* ſuſpendit tamen exigendi effectum in tempus id, quo haberi ꝓmiſſum à debitore poteſt, ſine ullo moræ periculo. *l. cum res legata. 47. in pr. d. legat. 1. l. 3. §. ſi per venditionem ff. d. act. emt.* nequaquā creditore ipſū interpellante. Nam etſi æquum videtur, ut creditori ſolvatur quod ſuum eſt, æquius tamen eſt, ut is, qui, etſi maximè conetur, rē tamen conſequi non poterit, incommodis iis eximatur, quæ non ſolent niſi fruſtratores manere: qualis is dici neqt.

Quid

Quid n. imputari poteſt ei, qui ſolvere etiamſi vellet nō potuit? ut inquit. JCtus. *l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. 3. d. uſur.* Atq; hæc ſententia eſt communis, quam habuit. *gloſſa. in l. quod te, verb. in poteſtate. d. reb. credit. & ibi Bartol. Alex. Zaſ. & alii Robert. Marant. in diſp. 7. nu. 13. Mattheſilan. ſingul. 198. Hieron. Butigel. in l. vinum n. 4. ff. d. reb. credit. ibid. Rubeus n. 185. Covar. in c. quamvis pactum. p. 2. §. 5. num. 5.* Quod tamen Bartolum ſecuti plerique limitant in debitore 22
quantitatis. Bartoli verba *in l. quod te. nu. 14. d. reb. credit.* hæc ſunt: Aut eſt in obligatione factum, & indiſtinctè difficultas moram impedit. *l. ſi vel onda. §. pen. ad l. Rhod. de jactu. l. 1. §. jubet. d. collat. bonor.* Aut eſt in obligatione datio, & tunc aut debetur ſpecies, & difficultas impedit morā committi. *l. quod te. d. reb. credit. l. cū*

tate mutuo dedit, ſolidum ex hæreditate deducit. Aditio enim pro ſolutione cedit. *Solidum* (inquit) *non quanto locupletior factus eſt pupillus*, retinet & deducit. Unde plus quam manifeſtò apparet, etiam pupillum in plus quam ex contractu conſecutus eſt, obligari: Reſpondent contrarii, multa retineri poſſe, quæ alias acquiri nequeunt: atque ita facilius in propoſita facti ſpecie creditor retinet id, quod jam habet, quam ut conſequatur quod nō habet. Quod ſi creditor hæreditatem non adiiſſet, non plus quam quo pupillus ex mutui datione factus erat locupletior, actione conſecuturus fuiſſet; Cum autem hæreditatem adiiſſe ꝑſupponatur, atque ita ſolidum teneat, cur non etiam ſolidum retineat? *Herm. Vult. d. diſcept. 16. Borch. d. c. 3. num. 44.* Sed dico retentionem ejus

tantum

tantum eſſe, quod debetur, nam alias ſi retineret, non jure retineret, at in caſu *d.l.95.* §.*aditio.d.ſolut.* ei retẽtio conceditur. Ergo tantum ejus ꝙ debetur. Deinde ex illis verbis legis. Sed in ſolidum creditum ſuũ ex hæreditate retineret, ſic argumentor, non eſt creditum, niſi ubi ſit debitum. Creditum autem ſolidum conſequitur in ſpeciè *d.l.* creditor. Ergo tantùm & debitum, Et ſic per conſequens non ſolvitur ei quicquam per aditionem, niſi quod debetur. Atque ita verba illa legis, Aditio aliquando pro ſolutione cedit, interpretor, ut quidem aditio inſtar ſolutionis ſit, & perinde eſſe, ac ſi pupillus, cui credita pecunia eſt, creditori qui adit hæreditatem, pecuniam ſolviſſet. Sed tamẽ inde non conſequitur, aliquid pro ſolu-

quo fit ut *in d.l.ſi pupillus. 127.* aliam ſtipulationis cauſam per ſe firmam, ex qua locupletior pupillus apparet, aut novatam, aut iteratam per hanc ſtipulationem, qua Stichum promittebat, & fidejuſſorem dabat, præſuppo-ponamus. Non rectè, 1. quoniam & ſtipulatio rectè per ſe ſubſiſtit, nullius auxilii indiga, ut maximam contineat divinationem, dicere *in d. l. ſi pupillus*, aliam fuiſſe cauſam. 2. Non utiq; negaret Scævola, ſi pupillũ locupletiorẽ factum eſſe dixerimus, quod adverſus pupillum efficax ſit actio ex reſcripto D. Pii *l. 5. d. autor. tutor. l. 3. ff. commod. l. 3. §. 1. d. negot. geſt.* Denique conſiderate *l. obligari 42. ff. d. oblig. & act.* Pupillus (inquit) ſine tutoris autoritate non obligatur jure civili. Ergò à contrario obligabitur jure naturæ: aliàs enim non ſatis conſiderate JCtus addidiſſet, jure

civili.

tamen actioni locus eſt, quæ hæc erit: *Pupillus obligatur naturaliter*. Nã alias hoc inconveniens ſequeretur, D. Pium non ſolum actionem, verũ etiam obligationem introduxiſſe quod eſt contra. *l.5.ibi. cuivis alii actionem ff. d.author. & conſenſ. tut. l. 3.§.pupillus.ibi conveniri poteſt. ff. de neg.geſt.l.3.in pr.ibi dandam utilem commodati actionem.ff.commo. l.1. §. an in pupillum.ibi datur actio in eum. ff. depoſit.* obligationi itaque antea præexiſtenti hanc vim & effectum D. Pius conceſſit, ut exagi poſſit, cũ tamen antea agi non potuerit, ut jus eſt in omni naturali obligatione. Verum hanc naturalem obligationem vehementer impugnant duo JCtorum reſponſa, præcedentibus, uti apparet, contraria: quorum prius eſt. *in l.quod pupillus.41. d.condict. indeb.* alterum vero in *l. pupillus 59. d.*

oblig. & act. in priore hæc leguntur verba: *Quod pupillus ſive tutoris autoritate ſtipulanti promiſerit, & ſolverit ejus eſt repetitio: quia nec natura debet.* In poſteriore, ſequentia: *Pupillus* (ait JCtus) *mutuā pecuniā accipiēdo, ne jure quidē naturali obligatur.* Don. *ad d. l. 127.* reſpondet, obligari pupillū naturaliter: ſi res ſpectetur, in re enim obligatio ex ejus conſenſu eſt, non vero ſi perſona ejus ſpectetur, De qua reſponſione dixi alibi, nec vobis incognito loco, ubi & illam à Modernorū impetitionibus defendi poſſe oſtendi. Nunc apertius reſpondebo, pupillum ſcilicet tā reſpectu perſonæ, quam præſtiti cōſenſus circa rem obligari, hoc eſt, ſic teneri, quemadmodū alius quicunque naturaliter obligatus, ita ut omnes naturalis obligationis effect⁹ in hanc pupilli, non ſecus ac cujusvis

ma-

majoris, obligationem cadant, quod & ſupra citatis legibus ꝓbatur. Excipitur unicus repetendi ſoluti caſus, Si n. major id, quod naturaliter debet, ſolverit: ſoluti ut indebiti condictionem non habet. *l. naturaliter 13. L. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12. l. 60. in pr. l. 64. ff. d. cond. indeb.* pupillus vero ſi ſolverit id, quod natura debet, ejus ut in debiti condictionē habet. *d. l. quod pupillus. 41. ff. d. condict. indeb.* quod non debiti qualitate receptum eſt; Nam etiam id quod pupillus civiliter & naturaliter debet, nullo modo ſolvere poteſt. *l. obligari. 9. §. pupillus. 2. d. auth. tut. §. f. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* ſed ætatis beneficio, cui hoc indultū, ut non poſſit ullo modo in perniciem ſuæ ſubſtantiæ obligatio naturalis vergere, Neq; tamen propterea obligationis naturalis ſubſtantia tollitur, Nam ſi-

Digitized by Google

minor major factus debitum naturale agnoverit, & ſolverit, non repetit. *d.l.cum illud.25.§.1.quand.dies.legator.* qui notabilis eſt ejus obligationis naturalis effectus, ſi enim obligatio non ſubſtitiſſet, qua ratione repetitio impediretur? quæ enim ab initio nulla obligatio eſt, ex poſt facto convaleſcere non poteſt. *l.1.d.Reg.Caton.* Quapropter vera eſt, & manet obligatio, ſed ejus effectus, reſpectu ſolutionis, dormit in pupillo usque ad ætatem legitimam. Neq; valet argumentatio, *Repetit ſolutum. Ergo obligatus naturaliter non eſt*, Nam & pupillus repetit id quod civiliter debet, ſi ſolvit. *l.interdum.d.condict.indeb.d.§.f.Inſtit.quib.alien.lic.vel nov.* quis tamen propterea eũ non obligatum dixerit? Ex quibus nunc facilè intelligimus, quid velit JCtus *in d.l.quod pupillus.d.condict.*

indeb.

indeb. pupillo repetitionem ejus quod ſolverit concedens. Cum n. rerum adminiſtrandarum ei jus non competat. *l. jusjurandum 17. §. 1. d. jurejurand.* neque poſſit ullum in accipientem dominum transferre, *d. l. obligari. §. pupillus.* Sanè res poſtulavit, id ita conſtitui, quod vero addit JCtus, quia nec natura debet, id tacitæ objectionis removendæ cauſa additum eſt. Poſſet enim JCto opponi, atqui condictionem indebiti naturalis obligatio impedit. Pupillus vero naturaliter obligatus eſt. Ergo. id dico ut vitet, ſubjicit, ideo repetere, *quia nec natura debet*, hoc eſt, perinde haberi, ac ſi non natura deberet: quoniã natura non eo uſq; hanc comprobat obligationẽ, ut ej⁹ prætextu poſſit quicquã pupillus rebus de ſuis diminuere. Atq; ejusdẽ ſenſus eſt. *d. l. pupillus. 58. de obl. & act.*

Nu c de minore, hoc eſt, eo qui
20 decimum quartum annum egreſſus eſt, videndum eſt, an is ſcilicet per interpellationem in mora conſtitui poſſit. De quo breviter negative reſpondeo, Nam cū curatori rerū ſuarum adminiſtratio conceſſa ſit, *l.ſcieñdum 20.ff.d.rit.nupt.* nō ſane poterit minor earum quicquam alienare, id autem contingeret, ſi moram eum incurrere poſſe concederemus: trahit enim illa ſecum uſuras, intereſſe & alia. Niſi forſan curatorem non habeat, hoc enim caſu moram quidē incurret, ſed tamen incommodum ex ea proveniens reſtitutione in integrum avertet. *l. 3. C. d. in integ. reſtit. Baver. p. 3. num. 12.*

21 Moram quoque non facit is, qui cum ſolvere vult, non ſit qui recipiat. *l.pecuniæ 9.§. 1. d. uſur.* aut interpellatus, ſubito Reipub. cauſa abeſſe

coactus

coactus ſit,ut defenſionem ſui mandare non potuerit: ſive etiam iu vinculis hoſtiumvè poteſtate eſſe cæperit. *l. ſed etſi 23. ff. d. uſur.* aut etiam aſia quælibet juſta de cauſa differens, qua in re prudentis judicis arbitrio multa relinquuntur. *l. mora 32. d. uſur.* Pro complemento egregia annectenda eſt quæſtio, num difficultas juſta ſit differendi cauſa, ita ut propter eam à mora excuſari poſſit debitor? Difficile id eſſe dixit, (*Thomas Aquinas part. 1. quæſt. 62. articul. 2.*) quod transcendit potentiam ſecundum naturam, vel propter impedimentum. Noſtri prius impoſſibile vocant, quemadmodum Juſtinianus oſtendit, Impoſſibilis (inquit) conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat. §. *ſi impoſſibilis. 11. Inſt. d. inutil. ſtipul.* poſterius recte dicitur. 22

Quid n. imputari poteſt ei, qui ſolvere etiamſi vellet nõ potuit? ut inquit. JCtus. *l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. 3. d. uſur.* Atq; hæc ſententia eſt communis, quam habuit. *gloſſa. in l. quod te, verb. in poteſtate. d. reb. credit. & ibi Bartol. Alex. Zaſ. & alii Robert. Marant. in diſp. 7. nu. 13. Mattheſilan. ſingul. 198. Hieron. Butigel. in l. vinum n. 4. ff. d. reb. credit. ibid. Rubeus n. 185. Covar. in c. quamvis pactum. p. 2. §. 5. num. 5.* Quod tamen Bartolum ſecuti plerique limitant in debitore quantitatis. 22 Bartoli verba *in l. quod te. nu. 14. d. reb. credit.* hæc ſunt: Aut eſt in obligatione factum, & indiſtinctè difficultas moram impedit. *l. ſi velonda. §. pen. ad l. Rhod. de jactu. l. 1. §. jubet. d. collat. bonor.* Aut eſt in obligatione datio, & tunc aut debetur ſpecies, & difficultas impedit morã committi. *l. quod te. d. reb. credit. l. cũ*

N 5 *ſervus.*

ſervus.l.cum res.d.legat.1. Aut eſt obligatio quantitatis & difficultas non impedit moram, licet enim in perpetuum non poſſit debitor colligere pecuniam, quam debet, tamen in mora conſtituitur, & hanc ſententiam amplexi fuere *Angel. Immol. Alex. Iaſon. & alii in d.l.quod te. d.rebus credit.* quam dicit ibidem eſſe magis communem. *Ripa.nu.52. & additionator ad Mattheſil. d.ſing.198. & alii quos allegat Michaël Graſſ.lib.2.com. opin.q.10.tit.1.* Bartolus ſuam opinionem duobus fundamentis confirmat, Primum eſt *in l.continuus. §. illud. ibi & generaliter cauſa difficultatis ad incommod. promiſſoris non ad impedimentum ſtipul.pertinet.ff.de V. Oblig.* Alterum eſt, quia debitorem non excuſat caſus fortuitus. *l.incendium. C.ſi cert.per.* A fortiori igitur non excuſabit difficultas quibus alii

alias,

alias,ut facile eſt inventis aliquid addere, rationes adjecerunt: Et in primis Decius dicit, quod in debitore quantitatis non poſſit dici aliquid in obligatione determinatè eſſe: ſed illud quod ſolvitur, cenſetur à principio in obligatione fuiſſe *l. cum incertus. ibi Bartol.ff.de leg.1.* Ergo non videtur, quod ſit difficultas in eo ſolvendo quod debetur, ex quo nihil eſt in obligatione. Deinde Socinus. *in dict. l. quod te d. reb. credit.* ſubjicit, quod ſit facilius dare quam facere. *l.f.d. condit.inſtit.* Nam qui ad quãtitatem obligatus eſt, poterit quamcunq; velit pecuniã dando liberari: non itidem qui ad factũ, vel etiam dationem certæ ſpeciei. *l. ex empt.d.action empt.* Porro conſtat, quod debitor & creditor ſint correlativa. *l.f.d.acceptil.* In iis itaq; æquale & ſimile jus conſtitui debet. *l. curat.*

ibid.Dd.C.d.interd.matr. l.f.ibi Salicet.C.d.reſc.vendit. Creditori autem non proficit difficultas.*l.item illa.18. in pr.ibi Bartol. nu.2. d.conſtit.pecun.* Ergo neq; debitori patrocinari debet.Conſiderat quoq; pro hac ſententia. *Iohan. Ant.Rubeus in d. l. vinũ.n.195.* l.1.C.qui bon. ceder. poſſ. ubi debitor non evadit carceres niſi bonis cedat, Ergo difficultas eum non excuſat, quemadmodum *& l. ad diem.d.verb.oblig.l.f.ff.de naut.fænor.* Denique, damnum quod quis evitare potuit,ſi incurrat,ſibi non alias imputet, quapropter cum debitor hanc ſolutionis difficultatem prævidere potuit,ſibi eam, cur non rationes alias inierit, imputare debet.Sed hanc Bartoli limitationem & opinionem non admittunt. *Salicet. Raphaël. Decius in d. l. quod te. d. reb.credit.* & dicit ibid.*Franciſc.Purpurat.*

Digitized by Google

purat. quod adverſus Bartoli opinionem judicaret, *& communem eſſe ex Aretino refert* Michael. Graſs. d. quæſt. 10. *licet cõtraria ſit magis communis juxta Iaſon. in d. l. quod te. n. 32.* & Bartoli opinio eſt inquiſiſſima *Covarr. in d. c. quamvis pact. p. 2. §. 5. n. 6. verſ.* quantum vero. *nec mihi videtur ſatis juridica.* utor ratione ſupra allata. Quid enim imputari ei poteſt, qui ſolvere etſi vellet non potuit? *d. l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. d. uſur.* Quæ ut æquiſſima & generalis, ut & operetur generale jus magna ratio ſuadet. *arg. l. de pretio. ff. d. publ. in rem act. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. 2. §. convenire. d. Iudic.* Quinimò & in Bartolum retorqueri poteſt. *d. l. continuus. §. illud.* qui §. vult, ut in pecunia & Sticho illud commune ſit, quod promiſſor in præſenti dare non poſſit, id eſt, ut quemadmodũ

Stichus, qui nunc Epheſi eſt, & Romæ promiſſus eſt, dari non poteſt propter difficultatem, vel potius impedimentũ naturale, debeatur abſque mora: ſic quoq; pecuniæ debitor ſi neq; eam domi habeat, neque inveniat creditorem; moræ ullius, propter difficultatẽ hanc, reus haud erit. Facit, quod difficultas à perjurio debitorem excuſare ſoleat. *c. brevi. extra de jurejur.* Et eſt communis opinio, *de qua per Covarr. d. l. num. 4. Anton. d. petrucia. in l. 1. nu. 69. d. jurejur.* Potens ergo vel maximè erit, debitorem quãtitatis liberare à mora. Corroborat inſuper hanc opinionem Calliſtratus. *in l. debitoribus. 31. d. re judic.* dum non ſolum dies ad ſolvendum dandos, ſed & prorogãdos eſſe, ſi res exigat, ſcribit. In difficultate autem quin vel maximè res exigat, nullum dubium eſt. Ad-

de,

Digitized by Google

de, quæ difficilia ſunt, impoſſibilib⁹ annumerari ſolent. *l. ſi familiæ. 55. ff. famil. herciſc. l. 2. ibi gl. d. his qui dejec. vel effud. Tib. Decia. 2. conſ. 39. n. 126.* Ut ergo impoſſibilium nulla eſt obligatio, ſic per conſequens neque difficiliũ erit, aut eſſe poterit. Deinde, nominatim Pomponius requirit, ut in poteſtate tua fuerit id, quod debes. *l. quod te mihi. 5. d. reb. credit.* Et ridicula eſt gloſſatoris expoſitio prima, in poteſtate, id eſt, in rerum natura. Veriſſima tertia & poſterior, quod licet difficultas non noceat, ut poſſis reconveniri, non tamen es in mora. Sic noſtrę ſententię confirmãdæ cauſa, notanda regula eſt JCti. *in l. nam is. 9. ff. d. dol. mal.* is nullam actionem habere videtur, cui propter inopiam adverſarii inanis actio eſt; Quod ſi inanis eſt actio, intellige durante inopia, utique non

pote-

poterit dici, quod debitor moram contrahat, quoniam ut regula juris habet, nulla intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla petitio eſt. *l. nulla. d. R. I.* Confirmavit & alio fundamento. *Salycet. d. loco.* Mora eſt fruſtratio vel negligentia ad ſolvendum. At qui inopia laborat, nõ poterit in fruſtratione vel negligentia dici poſitus. E. quã difficultatem cum nullo modo effugere poſſet *Alex.* dicit, quod ubi difficultas procedit à juſta cauſa, vel à juſto impedimento, talis difficultas excuſat debitorẽ, Qua ipſa reſpõſione vel invitus in noſtram labitur opinionem, quã tamen multis impugnare nititur. Probatur quoque opinio noſtra. *l. Thais 41. §. Lucius Titius. 1. ibi non quidem imputandum hæredi, ſi pro commoditate rei ſuæ administrandæ æs alienum tardius exſolverit. ff. d. fideicommiſſ. libert.* Nec

valet

Digitized by Google

valet Bartoli reſponſio, quod Lucius Titius tenebatur luere Damam, & Pamphilum pignori datos, atque ita ad factum. In facti autem obligationibus nemo difficultatem excuſare negat, quoniam conſiderare Bartol. debuerat, hæredem non factum aliquod, ſed pecuniam debere, Creditor quidem, cui Servi oppignorati erant, ad factum fuit obligatus: ſcilicet, redemptos Servos reddere: at non hæres debitor, quod & verbis textus innuitur. *Si pro commoditate rei ſuæ adminiſtrandum æs alienum tardius exolvat, &c.* Inſuper notabilis difficultas in caſu. *l. pecuniæ 9. §. f. d. uſur.* debitorem excuſat, ut ſi non ſit, qui pecuniam accipiat, quemadmodum & in ſpecie. *l. ratio. §. ſi per venditorem. 3. d. act. emt.* Et licet admitteretur oppoſitio *Alexandri*, qui dicit, quod ſit verior intel-

20 Nu cde minore, hoc eſt, eo qui decimum quartum annum egreſſus eſt, videndum eſt, an is ſcilicet per interpellationem in mora conſtitui poſſit. De quo breviter negative reſpondeo, Nam cũ curatori rerũ ſuarum adminiſtratio conceſſa ſit, *l. ſciẽdum 20. ff. d. rit. nupt.* nõ ſane poterit minor earum quicquam alienare, id autem contingeret, ſi moram eum incurrere poſſe concederemus: trahit enim illa ſecum uſuras, intereſſe & alia. Niſi forſan curatorem non habeat, hoc enim caſu moram quidẽ incurret, ſed tamen incommodum ex ea proveniens reſtitutione in integrum avertet. *l. 3. C. d. in integ. reſtit. Baver. p. 3. num. 12.*

21 Moram quoque non facit is, qui cum ſolvere vult, non ſit qui recipiat. *l. pecuniæ 9. §. 1. d. uſur.* aut interpellatus, ſubito Reipub. cauſa abeſſe

coactus

coactus ſit, ut defenſionem ſui mandare non potuerit: ſive etiam iu vinculis hoſtiumvè poteſtate eſſe cæperit. *l. ſed etſi 23. ff. d. uſur.* aut etiam alia quælibet juſta de cauſa differens, qua in re prudentis judicis arbitrio multa relinquuntur. *l. mora 32. d. uſur.* Pro complemento egregia annectenda eſt quæſtio, num difficultas juſta ſit differendi cauſa, ita ut propter eam à mora excuſari poſſit debitor? Difficile id eſſe dixit, (*Thomas Aquinas part. 1. quæſt. 62. articul. 2.*) quod transcendit potentiam ſecundum naturam, vel propter impedimentum. Noſtri prius impoſſibile vocant, quemadmodum Juſtinianus oſtendit, Impoſſibilis (inquit) conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat. §. *ſi impoſſibilis. 11. Inſt. d. inutil. ſtipul.* poſterius recte dicitur. 22

Quid n. imputari poteſt ei, qui ſolvere etiamſi vellet nō potuit? ut inquit. JCtus. *l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. 3. d. uſur.* Atq; hæc ſententia eſt communis, quam habuit. *gloſſa. in l. quod te, verb. in poteſtate. d. reb. credit. & ibi Bartol. Alex. Zaſ. & alii Robert. Marant. in diſp. 7. nu. 13. Mattheſilan. ſingul. 198. Hieron. Butigel. in l. vinum n. 4. ff. d. reb. credit. ibid. Rubeus n. 185. Covar. in c. quamvis pactum. p. 2. §. 5. num. 5.* Quod tamen Bartolum ſecuti plerique limitant in debitore quantitatis. 22
Bartoli verba *in l. quod te. nu. 14. d. reb. credit.* hæc ſunt: Aut eſt in obligatione factum, & indiſtinctè difficultas moram impedit. *l. ſi velonda. §. pen. ad l. Rhod. de jactu. l. 1. § jubet. d. collat. bonor.* Aut eſt in obligatione datio, & tunc aut debetur ſpecies, & difficultas impedit morā committi. *l. quod te. d. reb. credit. l. cū*

ſervus.l.cum res.d.legat.1. Aut eſt obligatio quantitatis & difficultas non impedit moram, licet enim in perpetuum non poſſit debitor colligere pecuniam, quam debet, tamen in mora conſtituitur, & hanc ſententiam amplexi fuere *Angel. Immol. Alex. Iaſon. & alii in d.l.quod te. d.rebus credit.* quam dicit ibidem eſſe magis communem. *Ripa.nu.52. & additionator ad Mattheſil. d.ſing.198. & alii quos allegat Michaël Graſſ.lib.2.com. opin.q.10.tit.1.* Bartolus ſuam opinionem duobus fundamentis confirmat, Primum eſt *in l.continuus.* §. *illud. ibi & generaliter cauſa difficultatis ad incommod. promiſſoris non ad impedimentum ſtipul.pertinet.ff.de V. Oblig.* Alterum eſt, quia debitorem non excuſat caſus fortuitus. *l.incendium. C.ſi cert.per.* A fortiori igitur non excuſabit difficultas quibus alii alias,

alias, ut facile eſt inventis aliquid addere, rationes adjecerunt: Et in primis Decius dicit, quod in debitore quantitatis non poſſit dici aliquid in obligatione determinatè eſſe: ſed illud quod ſolvitur, cenſetur à principio in obligatione fuiſſe *l. cum incertus. ibi Bartol. ff. de leg. 1.* Ergo non videtur, quod ſit difficultas in eo ſolvendo quod debetur, ex quo nihil eſt in obligatione. Deinde Socinus. *in dict. l. quod te d. reb. credit.* ſubjicit, quod ſit facilius dare quam facere. *l. f. d. condit. inſtit.* Nam qui ad quãtitatem obligatus eſt, poterit quamcunq; velit pecuniã dando liberari: non itidem qui ad factũ, vel etiam dationem certæ ſpeciei. *l. ex empt. d. action empt.* Porro conſtat, quod debitor & creditor ſint correlativa. *l. f. d. acceptil.* In iis itaq; æquale & ſimile jus conſtitui debet. *l. curat.*

ibid. Dd. C. d. interd. matr. l. f. ibi Salicet. C. d. reſc. vendit. Creditori autem non proficit difficultas. *l. item illa. 18. in pr. ibi Bartol. nu. 2. d. conſtit. pecun.* Ergo neq; debitori patrocinari debet. Conſiderat quoq; pro hac ſententia. *Iohan. Ant. Rubeus in d. l. vinũ. n. 195.* l. 1. C. qui bon. ceder. poſſ. ubi debitor non evadit carceres niſi bonis cedat, Ergo difficultas eum non excuſat, quemadmodum *& l. ad diem. d. verb. oblig. l. f. ff. de naut. fænor.* Denique, damnum quod quis evitare potuit, ſi incurrat, ſibi non alias imputet, quapropter cum debitor hanc ſolutionis difficultatem prævidere potuit, ſibi eam, cur non rationes alias inierit, imputare debet. Sed hanc Bartoli limitationem & opinionem non admittunt. *Salicet. Raphaël. Decius in d. l. quod te. d. reb. credit.* & dicit ibid. *Franciſc. Pur-*

purat.

Digitized by Google

purat. quod adverſus Bartoli opinionem judicaret, *& communem eſſe ex Aretino refert* Michael. Graſs. d. quæſt. 10. *licet cōtraria ſit magis communis juxta Iaſon. in d. l. quod te. n. 32.* & Bartoli opinio eſt inquiſiſſima *Covarr. in d. c. quamvis pact. p. 2. §. 5. n. 6. verſ.* quantum vero. *nec mihi videtur ſatis juridica.* utor ratione ſupra allata. Quid enim imputari ei poteſt, qui ſolvere etſi vellet non potuit? *d. l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. d. uſur.* Quæ ut æquiſſima & generalis, ut & operetur generale jus magna ratio ſuadet. *arg. l. de pretio. ff. d. publ. in rem act. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. 2. §. convenire. d. Iudic.* Quinimò & in Bartolum retorqueri poteſt. *d. l. continuus. §. illud.* qui §. vult, ut in pecunia & Sticho illud commune ſit, quod promiſſor in præſenti dare non poſſit, id eſt, ut quemadmodū

Stichus, qui nunc Epheſi eſt, & Romæ promiſſus eſt, dari non poteſt propter difficultatem, vel potius impedimentũ naturale, debeatur absque mora: ſic quoq; pecuniæ debitor ſi neq; eam domi habeat, neque inveniat creditorem; moræ ullius, propter difficultatẽ hanc, reus haud erit. Facit, quod difficultas à perjurio debitorem excuſare ſoleat. *c. brevi. extra de jurejur.* Et eſt communis opinio, *de qua per Covarr. d. l. num. 4. Anton. d. petrucia. in l. 1. nu. 69. d jurejur.* Potens ergo vel maximè erit, debitorem quãtitatis liberare à mora. Corroborat inſuper hanc opinionem Calliſtratus. *in l. debitoribus. 31. d. re judic.* dum non ſolum dies ad ſolvendum dandos, ſed & prorogãdos eſſe, ſi res exigat, ſcribit. In difficultate autem quin vel maximè res exigat, nullum dubium eſt. Ade,

de, quæ difficilia ſunt, impoſſibilib⁹ annumerari ſolent. *l.ſi familiæ. 55. ff. famil.herciſc.l.2.ibi gl. d.his qui dejec. vel effud.Tib.Decia.2. conſ.39.n.126.* Ut ergo impoſſibilium nulla eſt obligatio, ſic per conſequens neque difficiliũ erit, aut eſſe poterit. Deinde, nominatim Pomponius requirit, ut in poteſtate tua fuerit id, quod debes. *l.quod te mihi. 5. d.reb. credit.* Et ridicula eſt gloſſatoris expoſitio prima, in poteſtate, id eſt, in rerum natura. Veriſſima tertia & poſterior, quod licet difficultas non noceat, ut poſſis reconveniri, non tamen es in mora. Sic noſtrę ſententię confirmãdæ cauſa, notanda regula eſt JCti. *in l.nam is. 9. ff. d.dol.mal.* is nullam actionem habere videtur, cui propter inopiam adverſarii inanis actio eſt; Quod ſi inanis eſt actio, intellige durante inopia, utique non
pote-

poterit dici, quod debitor moram contrahat, quoniam ut regula juris habet, nulla intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla petitio eſt. *l. nulla. d. R. I.* Confirmavit & alio fundamento. *Salycet. d. loco.* Mora eſt fruſtratio vel negligentia ad ſolvendum. At qui inopia laborat, nō poterit in fruſtratione vel negligentia dici poſitus. E. quā difficultatem cum nullo modo effugere poſſet *Alex.* dicit, quod ubi difficultas procedit à juſta cauſa, vel à juſto impedimento, talis difficultas excuſat debitorē, Qua ipſa reſpōſione vel invitus in noſtram labitur opinionem, quā tamen multis impugnare nititur. Probatur quoque opinio noſtra. *l. Thais 41. §. Lucius Titius. 1. ibi non quidem imputandum hæredi, ſi pro commoditate rei ſuæ adminiſtrandæ æs alienum tardius exſolverit. ff. d. fideicommiſſ. libert.* Nec

valet

valet Bartoli reſponſio, quod Lucius Titius tenebatur luere Damam, & Pamphilum pignori datos, atque ita ad factum. In facti autem obligationibus nemo difficultatem excuſare negat, quoniam conſiderare Bartol. debuerat, hæredem non factum aliquod, ſed pecuniam debere, Creditor quidem, cui Servi oppignorati erant, ad factum fuit obligatus: ſcilicet, redemptos Servos reddere: at non hæres debitor, quod & verbis textus innuitur. *Si pro commoditate rei ſuæ adminiſtrandum æs alienum tardius exolvat, &c.* Inſuper notabilis difficultas in caſu. *l. pecuniæ 9. §. f. d. uſur.* debitorem excuſat, ut ſi non ſit, qui pecuniam accipiat, quemadmodum & in ſpecie. *l. ratio. §. ſi per venditorem. 3. d. act. emt.* Et licet admitteretur oppoſitio *Alexandri*, qui dicit, quod ſit verior intel-

intellectus gloſſæ ſuper verbo: *Videtur eſſe*, quæ vult, quod illa verba: *Mora autem videtur eſſe*, ſcilicet ipſius emptoris, ſi nulla ſit difficultas, quæ venditorem impediat, quo minus vinum traderet: tamen contra *Alexandrum* militaret argumentum à correlatis, quoniam admiſſa difficultate in perſona emptoris, ut ille eximatur mora propter difficultatem venditoris, cur non etiam ſimiliter venditor excuſaretur, quia ſunt correlata. *l.f.d.acceptil.* Denique alius eſt caſus in *l.ſed ſi lege. §. Senatus ait. ibi exigere potuit. ff. d. hæred. petit.* Nec obſtant argumenta pro Bartolo adducta. *Non* primum *ex d.l. continuus. §. illud.* quoniã textus ille loquitur, de obligatione non impedienda proptèr difficultatẽ, quod nec nos admittimus, ſed ſaltem moram ceſſare contendimus. *Non etiam ſecundum*

Digitized by Google

cundum, nam ut ſubtiliſſimus Deci⁹ dicebat, non valet conſequentia, caſus non liberat debitorem quantitatit, Ergo non excuſat à mora, plus n. eſt liberari debitorem in totum ab obligatione, quam moræ incõmodis eximi; Ab iis quippe quælibet juſta cauſa eximit. *l. ſciendum d. uſur.* quæ eadem non tamen obligationẽ extinguit. *Non tertium*, quia reſponderi poteſt, quod ex eo quod debitor quantitatis prout voluerit liberatur, & circa hoc videtur difficultas, ſi non habet, quod ſolvat. *Non quartũ*, ꝙ Socinus habuit, facilius ſcilicet eſſe dare, quam facere. Verſamur n. terminis ubi utrumq; in difficili eſt, ita ut non dici poſſit, illud minus facilè quam hoc eſſe, Deinde propoſitio illa minimè univerſalis eſt, quid enim ſi pictor promiſerit pingere imaginem, & idem à nummis nudus promit-

promittat mille, quis non videt facilius eum facere, quam dare poſſe, & ſic de reliquis. *Non quintum*, quod à correlativis ductum erat, quoniã id argumenti genus procedit, niſi appareat diverſi juris ratio, quam in propoſito reddit. *Raynerus de Forlivio vetuſtus Doctor in repetit. l. item illa. d. conſtit. pecun.* & ſuppreſſo ejus nomine reaſſumit invidus Bartolus *in d. l. item illa.* quia creditor certat de lucro captando, hoc eſt, de transferendo periculo interitus in reum: quod quia iniquum eſt, cum extra culpam ſit debitor, rectè dicimus, ſi valetudine impeditus aut vi, aut tempeſtate petitor non venit, ipſi, non etiam debitori de damno vitãdo certanti, nocere. *d. l. item illa. 18.* In ſexto argumento eſt cumulatio trium legum, quas ſigillatim, tanquam equinæ caudæ vellentes pilos expli-

Digitized by Google

explicabimus, Prima eſt. *l. 1. C. qui bon. ced. poſs.* argumentum ejus audiviſtis, ſed nimis à ſcopo aberrans: incarceratio fit debiti Principalis exolvendi gratia, à principali autem debito non liberatur propter difficultatem debitor, nihil tamen ex eo proponitur, quo minus non poſſit à mora liberari. Altera eſt. *l. ad diem 77. d. V. O.* ad quam reſpondit. *Decius in lectione Florent. d. l. quod te. nu. 17.* quod ideo difficultas non excuſet, quoniam dies appoſita eſt, quæ pius operatur quam interpellatio hominis, quod mihi non placet, cũ quia, nulla diverſa inter diem & interpellationem poteſt dari reſpectu difficultatis ratio, tum quia, ſupra poſitæ rationes etiam in diei adjectę caſu procedant. quapropter rectius dicemus *in d. l. ad diem 77.* non quæri de aliqua difficultate rei promiſſę, ſed

ſed an propter non exiſtentiam, in qua difficultas nulla eſt rei promiſſoris, ad diem dictum pænam debere poſſit? quod à caſu noſtro alienum eſt: & ratio eſt, quoniam ſufficit diem extare, nam hæreditas repræſentat perſonam mortui promiſſoris, ut & alibi ſæpe. *l. ſi Titio. §. ſi & ibi Bartol. d. leg. 2. l. cum hæreditas. & ibi Bartol. C. depoſ. l. hæreditas. ff. d. acquir. rer. domin. l. mortuo. ff. d. fidejuſſ.* atq; hac ipſa ratione motus dicit. *Bald. in c. licet. num. 2. ſi de feud. fuer. controverſ. int. dom. & agnat. vaſall.* quod hæreditas poſſit in mora conſtitui, non facto ipſius hæreditatis, ſed facto defuncti. *l. ſi Serv. ff. d. diver. & tempor. præſcr. l. debitor. C. d. tempor. in integ. reſtit. l. ea quæ §. cum enim. ff. ex quib. cauſ. maj. cum ſimil.* Atque hoc intellectu dotata erit contenta quoque. *l. ult. ff. de naut. fan.* Quod ultimò opponi-

ponitur,ad nos non pertinet, ſiquidem tum demum excuſatum volumus debitorem: ubi nulla ratione difficultati mederi poteſt, quapropter ſi ipſe ſeſe volens ſciensque in eam conjecerit,vel affectaverit, iniqui planè erimus, ſi non eum moræ incommodis mulctaremus. *l. 3. §. ſi quis autem d.vi & vi armat.l.2.§.pen. & ſeq.ff.ſi quis caut.jud.ſtip.* Debet n. reus ſuis partibus fungi, nō quidem præcipiti feſtinatione,ſed nec moratoria cunctatione, ut JCtus ait *in l. tutor.qui 7.§.ſi tutor.1.d.admin.tutor.* & ideo ſi ſemel moram contraxerit, & in difficultatem inciderit, nullo modo ei ſuccurritur. *l.ſi Servum. 91. d. V. O.* debuit enim interpellatus ſolvere *l.5.ff.d.reb. credit.*

CA-

CAPUT VII.

De Mora creditoris.

SUMMARIUM.

1. *De Mora debitoris ut plurimum quæritur.*
2. *Poteſt tamen & moroſus eſſe creditor.*
3. *Et quomodo plectatur ejus mora.*
4. *Quæ requirantur ad hoc ut in mora conſtituatur creditor: nimirum, tempore & loco oportunis debitum oblatum eſſe.*
5. *Quando dicitur offerre debitor?*
6. *Nova opinio de oblatione facienda.*

7. Ob-

Digitized by Google

7. *Obſignatio & depoſitio præter oblationem ad avertendum periculum, & ſiſtendum curſum uſurarum, requiritur.*

8. *An particularem ſolutionem admittere cogatur creditor?*

9. *Invito creditori ante diem rectè ſolvi, contra* Æmil. Ferret. & Cujac. *oſtenditur.*

ETſi omnis & unica propè de mora quæſtio ſit, & verſetur circa debitorem, utpote cujus propriũ eſt promptiſſimè accipere, teſtudineo autem greſſu ad ſolutionem ꝓperare; præſertim ut nunc ſunt mores, eo enim res rediit (ut Comicus ait) ut ſi quis quid reddat, magna ha- 1

Contingit tamen nonnunquam, 2
ut & creditor dives,

Cui nova centenis inſurgunt tecta co-
lumnis
Et domus antiqꝫ fulget imaginibus
Prædia vel gravidas Cereris cui mu-
nus ariſtas (tuum
Producunt, vites vel quoq; Bacche

miſerum & promptum debitorem naſo adunco ſuſpendens oblatum 3 debitum accipere recuſet, cujus faſtum usq; adeo leges averſantur, ut ipſum periculo interitus. *l. ſi ſoluturus. 39. l. qui decem. 72. d. ſolut.* fructuum, tenetur enim debitor ſaltê poſt oblationem de perceptis. *l. ſi mora. 9. ff. ſolut. matrim.* & denegandæ actionis. *l. ſi debitor. 30. ff. d. ſolut.* ſubjiciant: quod ultimum tamen generale non eſt, ſed procedit poſt rei amiſſionem, Nec enim eſt æquum, ut ait JCtus, teneri pecunia amiſſa

Digitized by Google

eum, qui non teneretur, ſi creditor accipere voluiſſet. *d.l.qui decem. 72. d.ſolut.* vel etiam, ut *gloſſa* adjicit, quando in judicio pecuniam debitor obtulit, nam licet pecunia adhuc extet, non tamen eam poſtea petere poterit creditor, quoniam actionem ei Prætor denegat. Requiritur autẽ
4 ad conſtituendum creditorem in mora, ut offeratur debitum tempore, & loco oportunis: *d.l.ſi ſoluturus. 39.l.creditor.102.d.ſolut.* Nam quæ fit inoportuno loco, vel etiam tempore oblatio non valet, & in propoſito perinde eſt, non offerre, vel inoportunis tempore & loco offerre, quẽadmodum paria ſunt, non ſatisdare, vel vitiosè ſatisdare. *l. quoties. 6. qui ſatisd.cog.* Inoportunum tempus, vel etiam locus eſt, non tantum ſi alio, quam quam quo dictum eſt, offeratur: ut in *l.qui Romæ.in pr.ff. d. V.O.*

ſed

Digitized by Google

iis ineſſe dicuntur. *l.cujusmodi §.qui ſervum.d.legat.1. l.ſed & ſi ideo.ff.ſolut.matrim.* In ſtrictis vero anguſtior & conſtrictior formula exuberãtis bonæ fidei rationem non admittit: ſed usque adeo judex addicitur formulæ, ut ab ea ne latum quidem unguem recedere poſſit. Et ideo cũ à Prætore conſtituitur, excipi conſuevit iniquitas actionis: & ſub exceptione judicium dari: quod ſi factum non fuit, quamvis judex videat non deeſſe æquitatẽ, quæ pro reo faciat, tamen condemnare nihilominus cogitur. *Duar. ad l.7.§.quinimò.ff.d.pact. Anton. Fab. decad. 9. d. error.pragmat.1.* Neq; diſtinguimus bonæ fidei poſſeſſorem à malæ fidei poſſeſſore. Ut maximè n. inter eos permagna ſit differentia, antequam in mora conſtituantur, ut colligere licet. *ex §.ſi quis à non domino. Inſt.d. rer.*

rer.div.l.48.bon.fid.d.acq.rer.domin. l.certum.C.d. Rei Vind. Poſtquā tamē mora facta eſt, omnis bonæ fidei color ceſſat. *l.48.ff.d.acquir.rer.dom.* Quod tamen controverſum videri poſſet *ex l. quiſcit. 25. §. fin. d. uſur.* quæ vult bonę fidei poſſeſſorem, etjam ſi cognovit ante perceptionem 10
fundum alienum eſſe, fructus tamdiu ſuos facere, quam diu fundus evictus non eſt. *Baro ad §. ſi quis à non domino. Inſt.d.rer.diviſ. Covar. 1. va. reſolut.3.n.7. Menoch. d. recuper. poſſeſſ.remed. 15. n. 613.* Putant aptam horum locorum cōciliationem dari non poſſe. Forſan ſic reſponderi poterit *d.l.bonæ fidei. §.in contrarium.* ut titulus indicat, loquitur de acquirendo fructuum dominio. Acquiri autem illud non poteſt, ab ullo malæ fidei poſſeſſore. *d.l.certum. C.d.rei vindic.* Negari autem non poteſt,

quin ſimulatque poſſeſſor ſcit fundum alterius eſſe, mala fide incipere poſſidere. Unde mala fides nihil aliud definitur, quam læſa rei alienæ conſcientia. *Harmenop. 1. promptuarii jur. 3. l. 7. §. qui ſciens. ff. pro emptor l. item veniunt. §. petitam. ff. d. petit. hær. l. 2. C. eod. l. ſi ab eo. l. ſi fur. §. 1. d. uſucap. Forner. in l. bonæ fidei. 109. d. V. S.* Cujus contrarium non eſt *d. l. qui ſcit. §. f. d. uſur*, ſi modo, quod res eſt, perpenderis, eam non de effectu dominii, ſed ſaltem facto percipiendi loqui, ut ſcilicet interea temporis dum lis pendet, fructus percipiat, eosdem vero, ſi fundus evictus fuerit, reſtituat. *Iacob. Cujac. in §. ſi quis à non domino. Inſtit. d. Rer. diviſ.*

11 Magna ſolet hoc loci moveri quæſtio, de legatis & fideicommiſſis, à quo tempore in iis fructus debeantur. Et quidē *Corraſ. 2. miſcel. 7.*

n. 4.

*n.4.*existimavit, non niſi à tempore litis conteſtatæ eos deberi: in quam ſententiam eum impulit.*l.1.& 2.C. d.uſur.& fruct.legat.*Deinde, quia lite conteſtata in ſtricti juris judiciis uſuræ currunt. *l.lite d.uſur.* Et lite conteſtata fructus haud dubiè in ſtrictis veniunt. *d.l.videamus.* §.*ſi actionem.ff.d.uſur.*Actio autem ex teſtamento pro legatis competens, eſt ſtricti juris. §.*actionum.Inſt.d.action.* Nam & in ea ideo in litem non juratur. *l.aliàs.ff.d.in tit.jur.* Doctores tamen communiter ſtatuerunt, à tempore moræ in iis fructus deberi, quia in hoc tractatu bonæ fidei judiciis aſſimulantur. *l. 3. C. in quib. cauſ.in integr.reſtit.neceſſ.non eſt.* Et nominatim traditum eſt fructus deberi poſt moram. *l. cum ſervus legatus.§.fructus.l.ſi quis.23.l. cum ret. 49.l.quæſitum 91.§ ff.d.leg.1.l.in fidei-*

Digitized by Google

commiſſaria.18.ad Trebell.l.3.l.8. l.aquis.39.d.uſur. Quinimò ad legata & fideicommiſſa optimè referri poteſt regula Martiani.*in l.mora.ff.d.uſur.* Moram ſcilicet tum factam cenſeri, ubi oportuno loco & tempore interpellatus non ſolvit debitor, vel hæres. *Forcat.n.11.part.1.d.mora.Ferret.n.36.eod.* Non obſtant argumenta Corraſii, quoniam prius rectè diſſolvitur. *ex l.3.ff.d.uſur.* quæ dum difficile eſſe ſtatuit, in fideicommiſſis moram non evenire, antequam ad judicem eatur: innuit tamen interdum illud cõtingere, quare quod *in dd.ll.1.& 2.* dicitur; fructus à tempore litis conteſtatæ deberi, intelligendum eſt, ſi non, priuſquam ad judicem iretur, mora facta ſit, quam reſponſionem verbis non etiam ratione ulla obtundere conatur Corraſ. Eã quoq; confirmat, quod fru-

ctus

ctus interdum debeantur à die aditæ hæreditatis. *l. Herennius. ff. d. uſur. l. quæſit. ff. d. acquir. rer. domin. l. ſi tibi homo. 86. §. cum ſervas. d. legat. 1.* ſi videlicet hæres ſciat, rem legatã eſſe. *d. l. quæſitum.* ſcientia quippe eum conſtituit in mala fide. *l. 7. §. qui ſciens. ff. pro emptor. l. item veniunt. §. petitam. ff. d. hær. petit. l. 2. C. eod.* Notum autem eſt, omnem malæ fidei poſſeſſorem in mora eſſe, & fructus reſtituere teneri. *l. ſed etſi §. quod ait l. illud. ff. d. hær. petit l. certum. C. d. rei vendic. l. 48. §. in contrarium. ff. d. acquir. rer. domin.* Secundum argumẽtum Corraſii refellitur, ex fundamento noſtro primo. 12

Tertius effectus eſt uſurarum. Differunt autem uſuræ à fructibus, quod illæ non ex corpore, ſed occaſione ejus naſcantur, Fructus vero ex reipſa proveniant. *l. uſura. d. V. S.* 1

Q 6 *l. ſi*

l.ſi navis.d.rei vind.l.cum fundus.31.d.reb.cred.l.2.d.uſur. In multis tamē ſimilia habent. Ut enim hi, ſic & uſuræ in bonæ fidei judiciis à tempore morę debētur: quo ſpectat JCtus, *Uſuræ (inquit) vicem fructuum obtinent.l.uſura.34.d.uſur.* & probat.*d.l.mora.§.in bonæ fidei.eod.* Excipitur negotiorum geſtorum judicium, in quo hactenus pro pecunia otioſa uſuras præſtabit geſtor, ſi dominus pecunias fænerare conſuevit. *l.ſemiſſes.13.§.f.l.19.non tantum d.negot.geſt.* niſi is pecunias in uſus ſuos cōvertit: quo caſu maximas uſuras præſtat. *l.38.verſ.ſed quas.d. neg.geſt.* hoc quippe modo non abſentis, ſed ſuum negocium gerit, quod eſt cōtra finem negotiorum geſtorum *in pr.Inſt.d.oblig.quæ ex quaſ.contr.* De
13 ſtrictis judiciis quomodo ſcilicet in iis uſurę debeantur? ſæpe quæri ſolet.

Digitized by Google

let. *Iaſon. in l. cum fundus. n. 1. & 2. d. reb. cred. Corraſ. 2. miſcell. 7. Forcat. p. 2. n. 24. Coſtal. ad l. videamus. 38. d. uſur. Romul. in 2. moræ effectu n. 131. d. mora*, exiſtimant lite cõteſtata citra vinculum ſtipulationis deberi, 1. qa uſuræ vicem fructuum obtinent. *d. l. uſuræ. 34. d. uſur.* Ut igitur fructus debentur in ſtrictis à tempore litis conteſtatæ *l. videamus 38. §. ſi actionem. d. uſur.* Sic quoque ut uſuræ debeantur, æquiparatorum ratio poſtulat. 2. Quia dixit JCtus, lite conteſtata uſuras currere. *l. lite. d. uſur.* Loquitur autem de ſtricti juris contractibus: quia lex præcedens egit de bonæ fidei, de ſtrictis autem nihil dictum eſt: de quibus in *d. l. lite.* per modum regulæ agit, quæ non poteſt ad unum caſum, nempe bonæ fidei judicia, coarctari. 3. Adde & pacto, quoniam pacta in continenti facta,

inſunt contractibus ſtricti juris. *Hot. 7. obſerv. 15. Duar. ad l. 7. § quinimò d. pact.* Si ergo in iis pacto uſuræ promiſſæ fuerint, in continenti debebuntur. 4. Quia retentio conceditur uſurarum pacto promiſſarum. *l. per retentionem. l. pignoribus. C. de uſur.* Debentur igitur; alias enim non jure retinerentur. *Verius tamen eſt, quod & plurimi volunt, non niſi per ſtipulationem uſuras in ſtrictis deberi. l. 3. C. d. uſur. l. Titius. d. præſcript. verb.* quia uſuræ debentur ex mora in bonæ fidei judiciis. *l. 32. §. in bonæ fidei. d. uſur.* Ergo non in ſtricti juris negotiis, quam ratiocinationem niſi admittamus, inutilem hanc adjectionem bonę fidei eſſe, fateri cogimur, quod eo abſurdius fieret, quo melius veteres rei per ſe odioſæ obligationem, niſi magna cautione prævia, admittendam negarunt.

Duar.

Digitized by Google

Duar.c.2.d.uſur. Cujac.tr.7.ad Afric. l.37.d.uſur.Donell. c. 3. d. uſur. Nec magni momenti ſunt cōtra ſentientium rationes, quoniam *d. l. uſuræ*, loquitur, *vel Corraſ.teſte*, in contractibus bonæ fidei,& quæ iis aſſimulantur,legatis & fideicommiſſis,Nō igitur ad ſtricta judicia transferri poterit, in quibus fructuum & uſurarum permagnum eſt diſcrimen. Sunt quippe fructus naturales rei acceſſiones,adeoque longè favorabiliores,quam uſuræ,quę ex re alioquin ſua natura ſterili,ut Ariſtoteles loquitur,id eſt pecunia, ꝓducuntur. Nō ſecundo obſtat *l.lite.d.uſur.* Nā, ut maximè *Corraſ.*concedamus,eam loqui de ſtrictis contractibus: non tamen inde,quod vult,extruet, ſed vera ejus legis ſententia eſt, per litis conteſtationem uſuras non impediri: ſi ante per ſtipulationem promiſſæ

miſſæ fuerint. Nec ſic lex de indubitabili, quod forſan dices, erit: quia curſum uſurarum lite cõteſtata impediri dicendum videbatur, quum ea ſit quædam quaſi novatio *l. aliam d. novat.* quæ ut principalem obligationem, ſic & acceſſiones extinguere ſolet. *c. acceſſorium. d. R. Iur. in 6.* Verum eo non obſtante, quia hæc eſt novatio neceſſaria, quæ meliorem ſolet facere conditionem creditoris, non etiam deteriorem. *l. non ſolet. 86. d. Reg. Iur.* rectè à Paulo reſponſum eſt, lite conteſtata uſuras currere. Tertium argumentum admitto, in iis quæ pacto promitti poſſunt, at de eo nunc quæritur, an uſuræ pacto in ſtrictis promitti poſſint. At quartum reſpondeo, uſuras pacto promiſſas naturaliter deberi *l. 5. d. ſolut.* Cujus naturalis obligationis effectus eſt, ut retentio pignoris uſura-

ſurarum intuitu fieri poſſit: ſi in uſuras pignus acceptum ſit, at non inde, ad petitionem earum, quam naturalis obligatio non procreat, inferre licet. Perdit autem ſententia noſtra ſuum effectuum, in pecunia quæ debetur, *civitatibus. l. 30. d. uſur.* in ea, quæ debetur *argentariis. num. 136. in trajectitia. l. 7. d. naut. fanor. in frumento, tritico, vino, & oleo mutuo dato. l. 12. C. d. uſur.* In his n. omnibus ex pacto uſuræ debentur: ob rationes ſpeciales videlicet utilitatem, neceſſitatem, & alias, de quibus *Borch. cap. 3. uſur.*

Quartus effectus conſiſtit in eo quod intereſt: Circa cujus definitionem, valde laborant interpp. Dici id poteſt utilitas quæ mihi abeſt, quamve adipiſci potui, quod non comprehendit rem principalem, nec precium ejus, nec acceſſionem 15

natu-

naturalem vel quaſi, ſed tantum utilitatem præreptam. *l. in furti 52. ff. d. furt.* extrinſecus venientem: idq; interdum quanti res eſt, nonnunquam etiam minoris, modo pluris æſtimatur, ita tamen ut in caſibus certis, id eſt, certam quantitatem ſive pecuniæ ſummam, & rem certæ naturæ obligatione comprehẽſam, habentibus, duplum veri precii non egrediatur. In caſibus autem incertis, ut ſi aliquid fieri, vel non fieri, ſtipulatus ſim, ejus æſtimatio judicis arbitrio committatur, ut Juſtiniani hac de re eſt conſtitutio, *in l. un. C. d. ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.* quam explicarunt. *Alciat. Donel. Ferret. Charond. d. loc. Forcat. in Dial. 41. & ſeqq. Hottom. 2. obſerv. 10. & 11.* Ex quorum commentariis, plura ad hujus loci explicationem trãsferri poſſunt. Atque hoc modo ſi-

ve

ve quis moram fecerit, ſive paſſus ſit, hæreditario jure ad hæredes 15
tranſmittit. *l.27.ff.d.uſur.* Etſi enim ex perſona mora dicatur, non tamen perſonæ cohæret, ſed ex interpellatione ſemel facta perdurat & perpetuo debitorem ferit. *Quod idem, an de mora principalis dici poſſit, ut ſcilicet propter eandem fidejuſſoris obligatio augeatur?* controverſum eſt. Negat id African. *in l.certum caqua 8.ff. de quod cert. loc.* cu- 16
jus ſpecies eſt: Centum Capuæ dari ſtipulatus eſt à Titio Mævius, ejusque ſummæ nomine fidejuſſorem accepit, ea pecunia ut à Titio, ſic ab ipſo fidejuſſore peti debebit, id eſt, ut ſi alibi quàm Capuæ petatur arbitraria agi debeat, acceſſiones principalis naturam ſequi debent, quod tamen ita demum admittitur, ſi ipſe in mora fuerit, non etiam ſi per

per reum ſteterit: ſua enim cuique nō alii mora nocere debet, Nec obſtat, quod cum reus tenetur in ſortem & uſuras hac conditione promiſſas, ſi ſortem non ſolviſſet, & fidejuſſorem dederit, ſorte non ſoluta, & mora facta à reo fidejuſſorem quoque teneri. *l. res in pr. C. d. uſur. & fidejuſſor. C. d. fidejuſſor.* neque n. (hujus objectionis removendæ cauſa ſubjicit African.) hæc cauſa rectè comparabitur obligationi uſurarũ, ibi enim duæ ſtipulationes ſunt, una ſcilicet ſortis, & altera uſurarum, ut mirum non ſit, ſi fidejuſſor non ſolum ſortis, ſed etiam uſurarum nomine teneatur, quia uſuræ non minus ſunt in obligatione, quam ipſa ſors principalis, ut hoc caſu non dici poſſit, ejus obligationem augeri, ꝓpter moram rei principalis: quia ab initio, cum ſtipulatio contracta eſt,

hæ

hæ uſuræ erant in obligatione, at in noſtro caſu idem dici nequit. Hic n. (inquit African.) una pecuniæ creditæ eſt, quia de eo quod intereſt nulla contracta fuit ſtipulatio, ſicut in priore ſpecie contracta dicitur ſtipulatio uſurarum. Atqui dices, quomodo ejus quod intereſt nulla eſt obligatio, cum conſtet ejus rationem haberi, in actione arbitraria, ac reum in id, ut in ſortem condemnari. R. African. id eo fieri, non quia ſit in obligatione, ſed quia officio judicis id præſtatur, ut & alia pleraque, quæ cum in obligatione negentur eſſe, tamen ex officio judicis præſtari dicuntur. *l. qui per colluſionem. §. ultim. d. act. empt. d. l. 54. h. t. l. 4. C. depoſ.* quod ipſum verum eſſe, ſubjecto exemplo oſtendit, quod ſi (inquit) poſt moram factam pars pecuniæ ſoluta ſit, &c. fingamus partem ſummæ

mæ debitæ exolutam eſſe, ejus quod intereſt nulla ratio habebitur, ſcilicet pro parte exoluta, quia obligatio pro parte ſoluta eſt, & pro qua parte obligatio ſublata eſt, pro ea quoq; parte jus exigẽdi quod intereſt, quod argumentum urgentiſſimum eſt ad id, cujus cauſa introductum eſt, id quod intereſt, ſcilicet in obligatione non eſſe, nam alias non ſolum partis debitæ ſupereſſet id ꝙ intereſt, verum totius ſummę. *l. 1. C. d. judic.* Ex quo graviſſimi JCti reſponſo liquido conſtat, *propter moram rei principalis fidejuſſoris obligationem nullo modo augeri.* Contra quod primum conſidero *l. mora 88. ff. d. Verb. Obltg.* in qua dicitur, quod mora rei fidejuſſori noceat. Reſpõdent communiter, nocere ad hoc ut perpetuetur, non tamen ut augeatur obligatio. Atqui replico, Nullo

modo

modo recte tum dici poſſe nocere moram, cum jam ante eam commiſſam teneatur fidejuſſor, ita ut non moræ imputandum ſit, ſi obligatio duret, ſed fidejuſſoris conſenſui, qui obligatione acceſſit. Communis reſponſio vera eſt, & probatur. *l. ſi ſervum 91. §. nunc videamus. 4. d. V. Oblig. l. ſi à colono. 59. §. 1. ff. d. fidejuſſ.* & argumento meo reſpondere, quod recte JCtus dicat *in d. l. 88.* nocere. Nam cum fidejuſſor pro Sticho fidejuſſerat, atq; ita re certa, dicendum videbatur, eo mortuo obligationem fidejuſſoris extingui, utpote extincto homine, ꝓ quo fidejuſſerat, quo non obſtante, reſponſum eſt, obligationẽ fidejuſſoris manere: quoniam facto ſuo principalis obligationem perpetuat, ut *d. l. 59. §. 1.* loquitur, quod ut obeſſe, ita nec prodeſſe debet fidejuſſori. Atq; ita

nocet.

Digitized by Google

nocet, ſcil. ne liberetur fidejuſſor. Verum ſuperiori reſponſio graviter obſtat. *l.quæro.54.ff.locat.*ex qua lege firmiter pro hac ſententia notare, conſtitutionibus caveri ſortis ſolummodo damnum eos agnoſcere oportere, qui pro aliis pecuniam exolvunt, in verbis nec proſunt ei conſtitutiones &c. ratio vero ſpecialitatis, ob quam *in d. l. quæro.* fidejuſſor conductionis tenetur, atque à conſtitutionibus illis receſſum ſit, à Paulo aſſignatur, quoniam in omnem cauſam conductionis, hoc eſt; non ſaltem pro penſione, verum etiam ejus acceſſionibus acceſſerat: quod quia poteſt, & facit, non ſecus ac principalis tenetur, qua de re vid. *Donell. ad d. l.centum Capuæ. Iohan. Corruſ. 2. miſcell.* 12. & noviſſimè benè eruditum *Ioh.*

Gædd.

Gœdd. cap. 11. num. 123. & ſeqq. d. contrah. & committ. ſtipul.

CAPUT IX.

De Moræ purgatione.

SUMMARIUM.

1. *Moram purgare quid?*
2. *Ratio admiſſæ purgationis.*
3. *Quam reprehendit autor.*
4. *Purgantur futura, non præterita.*
5. *Contingit purgatio dupliciter.*
6. *An ſufficiat verbalis oblatio?*
7. *An ſufficiat inſulam inchoaſſe?*
8. *Creditoris voluntate mora purgatur.*
9. *Quamdiu moram purget debitor.*

R 10 An

Digitized by Google

Iudic.l.ultim.ad l.Iul. Majeſt. Marcel. 2
in l. res quæ 22.d.jur.fiſc. Modeſtin. *in l.ult.d.requir. reis.* Ratio admiſſæ purgationis ex æquitate contra juris rigorem, à noſtris ducitur. *l.ſi ſervũ 91.§.ſequitur.d.V.O.ibid.* notat *Bartol.n.2.Iaſon.num.3.& reliqui.Tiber. Decian.2.conſil.84.num.16.Weſemb. conſil.61.n.15.Bartolo. Romul. n. 165. in compend.mor.Michaël.Graß.lib.2. comm.opin. quæſt.16. tit.1.* Mea opinione non rectè. Eſt enim purgatio ex æquo & bono. *l.ſed etſi 17. d.conſtit.pecun. d. l.ſi ſervum. §.ſequitur.* Ergo ex ſcripto jure, quoniam id bonum & æquum eſt. *l. 1. d. Iuſt. & Iur.* Et per conſequens non ex æquitate, quoniam hæc nulla ſcripta eſt, ſed juris ſcripti mitigatio. *Duaren.2. diſp.18.Connan.1.commen.11.* Fundamentum purgationis ex eo eſt: quia fit ſine damno alterius, commodo

autem ejus qui purgat: Juris autem expediti eſt, id cuivis permitti, quod ipſi quidem proſit, aliis autem nociturum non ſit. *arg. l. 2. §. Item Varus 5. d. aqua pluv. arcend. l. in creditore. d. eviction. l. quotiens. C. d. precibus Imp. offer.* Atqui, inquies, moræ cõmoda ſiſtit purgatio, qua itaque ratione, non poteſt non eſſe damnoſa ei cui mora facta eſt. Reſpondeo,
4 purgatione quidem non ſiſti commoda ea, quæ curſu moræ acquiſita ſunt, quod enim ſemel noſtrum factum eſt, non poteſt ſine voluntate noſtra nobis adimi. *l. id quod noſtrũ. ff. d. R. I.* & quod factum eſt, pro infecto haberi nequit. *l. in bellor. §. facti cauſæ. ff. d. captiv. & poſtlim. rev.* impediri autem ſaltem ea quæ futu-
5 ra ſunt. Nam cum moræ effectus ideo currant: quia cervicoſus eſt debitor, & hæc cauſa unica ſit moræ pro-

procreatrix: conſequitur ceſſante ea, non poſſe non ceſſare effectum, quapropter cum jam creditor oblatam rem averſatur, & accipere recuſat; atque ita cum debitore in una & eadem quaſi conſtituatur cauſa: vel ex ea quoque ratione, meliorem cauſam debitoris eſſe conſtituemus. *arg. l. in pari. favorabiliores. ff. d. Reg. I.* qua utitur JCtus *in d. l. ſi Servum. 91. §. ſequitur. d. V. O.* Purgatur autem mora variis modis, & regulariter omnibus in caſibus. Contingit vero, vel debitoris facto, vel creditoris voluntate. Debitoris facto, ſi debitum integrum, opportuno tempore, & loco offerat creditori. *l. qui decem 72. §. 1. verſ. verum eſt. ff. d. ſolut. l. illud. 17. d. peric. & comm. rei vend.* quod in obligatione dandi ita verũ eſt; ut rectè exiſtimaverit *Bartol. in d. l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur. d. V. Obl.*

quem ſequitur. *Ripa in l. ſi inſulam n.67.d.V.O.* ſufficere verbaliter offerre. Quod etſi *Iaſon.in l.135.§.Seja*
6 *cavit n.17.d.V.O.* exiſtimet contra omnem (ut ipſe loquitur) rationem mundi eſſe, verum tamen eſt, & ſtabilitur ex iis quæ *c.7.n.6.* diſputo, ex quibus facilè Jaſonis fundamentis reſpondere poteris. Si vero factũ in obligatione ſit, purgabitur mora, ſi, quod promiſſum eſt, fiat, quemadmodum ſi domum ędificare promiſeris, & tranſivit tempus, quo potuiſti facere, atq; ita moram incurras, poſtea ædifices, *l. ſi inſulam 84. d. V. O.* quod ibidem *Paul.d.Caſtro, Alex.* & communiter intelligunt modo ædificare inceperis, licet non perfeceris, & hoc vult illud participium, TE FACIENTEM, quod denotat rem prout eſt in fieri, non prout eſt in facto deducta, quod & *Alexand.* ex

verb is

verbis finalibus probat. SI ÆDIFICES, quæ ſimiliter (ut ipſe loquitur) rem in fieri denotat. Verum illa expoſitio mihi non ſatis tuta videtur, quoniam factũ eſt quiddam individuũ, & ideo pro parte faciendo nullo modo liberari poterit debitor, ſed tenebitur ad intereſſe. *l. ſtipulationes non dividuntur. d. V. O.* Deinde, in his quæ requiruntur pro forma nihil dicitur eſſe actum, ſi aliquid ſupereſt ad agendum. *arg. l. final. C. ad Syllan.* Domus autem nondũ perfecta, non dicitur ædificium, quãdo non eſt ita conſtructa, ut quis cõmode poſſit ſe in eam recipere, & inhabitare. *l. ædificia. §. 1. d. V. S.* Et ſano cõmuni expoſitione admiſſa, præbita eſſet debitori occaſio eludendi creditorem ante litem conteſtatam, q in jus vocatus ilico inciperet molimentum inſulæ, idque areæ ſolius

purgatione, vel paucis lateribus ſaltem compoſitis. *l.1.§.cæpiſſe. d.pollicit.* inde eveniret (ut ait Forcat. *p.3. num.9.*) ut neceſſe foret ſæpius agi cum impoſtore, qui opus cæptum identidem ſiſteret: quod per quam durum eſt, *l.ſemper. §.hoc interdictũ. ff.quod vi aut clam.* nec obſtant verba illa Te facientem & ſi ædifices *in d.l.ſi inſulam.* Nam & alibi faciens pro eo qui perfecit exponitur. *l.ſi ita fuerit.ff.d.manum.teſtam.* Ita remeantem & redeuntem pro reverſo legimus. *l.final.in pr.& §.1. C.d.ſent. paſſ.* morientem pro mortuo. *§. 1. quib.mod.jus patr.pot.* Sic non obſtat, *l.continuus.137.§.item qui inſulam.3. ff.d.V.O.* quoniam nondum ibidem lis fuerat conteſtata, quod & gloſſarius animadvertit. Creditoris autem
8 voluntate mora purgatur, cum aut præſente re debita, aut abſente eandem

dem rem à debitore novandi animo purè ſtipulatus eſt. *l. parvi. ff. d. condict. furtiv.* Quod ipſum vi & natura novationis contingit, Ea ſiquidem Ulpian. autore nihil aliud eſt, quam prioris debiti in aliam obligationem transfuſio, id eſt, cum ex præcedenti cauſa, ita nova conſtituatur: ut prior perimatur. *l. 1. d. novat.* Quare ſublata veteri principali obligatione, ut & ei conjuncta & connexa tollantur conſequens eſt. *c. acceſſorium. d. R. I. in 6.* Niſi ſtipulatio fuerit conditionalis, tunc enim re abſente, etiamſi conditio extiterit, mora non extinguitur. *l. qui 10. §. 1. d. ſolut. l. ſi rem 31. ff. d. novat.* Sic quoq; voluntate creditoris purgatur mora, ſi pactus fuerit, ne ob moram cõmiſſam teneatur debitor. *l. ſancim. §. ſin. autem. C. d. fidejuſſ.* Poterit n. quilibet juri ſuo renunciare. *l. pen. C.*

 d. pact.

d.pact.c.ſignificaſti.extr.d.for.compet.

9 Quæritur quamdiu offerendo moram debitor purgare poſſit? Controverſi juris eſt articulus, & multarum opinionũ ferax, ſicuti patet. *ex Dd.in l.ſi inſulam.d.V.O.* & *Bald.in l.etſi poſt tres.ff.ſi quis caut.* &*c. Menoch.2.arbitr.jud.quæſt.7.Theſaur.deciſ.77.n.3.Duar.Cujac.Donell.in d.l.ſi inſulã.* ex quibus, quid quisq; ſentiat videre licet. Placet mihi eorum opinio, qui terminum moræ purgandæ, tam in dandi, quam faciendi obligationibus, ad tempus litis conteſtatæ reſtringunt, & coarctant. De faciendi obligationibus eſt textus clarus. *in d.l.ſi inſulam.ff.d.V.O.* de dandi vero *in l.ſed etſi alia 17.ff.d.conſtit.pecun.l.1.d.penu.legat.l.cum ſine 19.l.ſi penum.24.ff.quando dies legat.l.ſi quis ſtip.57.d.ſolut.l.item veniunt.§.idem rectè.ff.d.petit.hær.* Utriusq; ratio eſt: quoniã qui

qui ſecum litem conteſtari pacitur judicio contrahit. *l. 3. §. idem ſcribit. ff. d. pecul.* & novam conſtituit obligationem. *l. alia. ff. d novat.* à qua ipſi invito creditore recedere, minime fas erit. *arg. l. ſicut. C. d. oblig. & action.* Opponi ſolet *l. ſed etſi poſt tres. 8. ff. ſi quis caution. jud. ſiſt. &c.* ex qua colligunt nonnulli, purgationem admitti ſaltem poſt modicum tempus, in qua opinione eſt *Forcat. p. 3. n. 12.* reſpectu obligationum dandi: Verum lex illa non exprimit tempus, quocirca abſonum non eſt eam juxta. *d. l. ſi inſulam & l. 17.* accipere Probat. *Forcat. l. ſi ita quis. §. Seja. d. V. O.* ubi dicitur, ſi non multò poſt obtulerit, quod ſanè de litis conteſtatione dici nequit, quæ longiſſimo temporis intervallo, ſequi demum ſolet. Varios intellectus refert. *Iacob. d. Nigris ad l. ſi inſul. n. 81.*

& multis ſeqq. & ex eo Menoch. *d. caſ.7.* Reſpondeo textum loqui de eo, qui moram à ſe commiſſam purgat, ut contra alium agere poſſit: qꝫ ad litis cõteſtationem produci non ſolet. *arg.l.41.§.Stichus & Dama.11. verſ.intra d.fideic.libert.* Alii opponunt.*l.interdum.73. §.f. l.continuus. 137.§.item qui inſul.ff.d.V.O.* ex quibus *Duaren. Cujac.* tradiderunt in dandi obligationibus purgationem uſque ad ſententiam admitti debere. Verum nihil tale illis ll. probatur, illud ſaltem, quod purgatio moræ admittatur, quod & nos admittimus: at quo uſque, non exprimitur, ut ſic ex ſuperioribus legibus id definiendum ſit. Adiiciunt inſuper §. *ultim.Inſt.d.perpet. & temporal. act.* in quo dicitur, quod ſi ante rem judicatam, is, cum quo actum eſt, ſatisfaciat actori, officio judicis convenire,

Digitized by Google

venire,ut eum abſolvat. Reſpondet Donell. *ad l. 91. §. ſequitur. num. 11.* quod nullus alius locus ſit, quo magis noſtra ſententia confirmetur. Non enim ſatis fit actori ſolius rei oblatione. Deinde etſi omnia offerantur, quæ præſtanda ſunt, tamen ex ſupra ſcriptis verbis ſatisfieri debet arbitrio judicis, & æſtimatione, ſic enim præcipitur, ut à judice reus in ea re abſolvi debeat: non ipſe ſibi hoc ſumere, ut dicat ſe obtuliſſe omnia, quæ debuit. Et ſanè jus ita eſt ut judici ſtatim, atque judex factus eſt, omnium rerum officium incũbat, quæcunque in judicio verſantur. *l. ædiles. §. item ſciendum. d. ædil. edict.* Quo fit, ut re ſemel in judicium deducta, ſi neget actor ſe quicquam ſine judice accipere, quod dicat ſibi à reo non ſatisfieri, eoque rem totam ſententiæ judicis per-

ſonis eſt fragilis: quoniam verbum, *liberari*, ſecundum ſubjectam materiam capitur aliquando pro liberari ipſo jure, aliquando ope exceptionis. *d.l.cum quis.§.1. & l. qui hominẽ. §.ſtipulaeus.juncta gloſſa in verbo.liberabitur.l f. §. cum mihi aut Titio.d.V.O.* Verum ſi quis Jaſonem velit tueri, poterit ſic argumentari: Purgatio moræ inducitur rei oblatione, ubi autẽ res offertur, inducitur liberatio ipſo jure. *l. qui decem in pr.d.ſolut.* Ergo & purgatione. Et pro Jaſone textus eſt *in l.ſemel mora. 26.ibi non debebit, addit gloſſa ipſo jure.ff.ſolut.matrim.* Sed contra Jaſonẽ eſt textus *in l. etſi poſt tres. ff.ſi quis caut.jud.* & ratio, quoniam purgatio eſt ex æquo & bono.*d.l.ſi ſervum 91. §.ſequitur.* Ergo ope exceptionis, quoniam omnis exceptio ex æquo. *l.qui æquitatẽ.ff.d.dol.except.* Imo d.l. ſi in-

ſi inſulam, utitur verbis extenſivis poſſe te facientem liberari, quæ futura comprehendit. *l. ſi ita qs. d. legat. 2.* verba autem futuri temporis non denotant ipſo jure. *gloſſ. in l. ex criminali. C. d. jurisdict. omn.* judic. & probatur id, *in l. continuus. §. item* qui *inſulam.* ibi *liberatur reus*, quod eſt verbum futuri temporis, denotans quod non ipſo jure liberetur. *quid dicendum?* Liberatur interdum debitor ipſo jure, interdum ope exceptionis. Ipſo jure, ſi rem certam debeat, quæ poſtea perempta eſt. *l. ſtipul. 105. d. V. O.* per exceptionem, ſi pecuniam debuerit. *l. interdum. §. ult. d. V. O.* Nam cum generis ſit debitor, nec id tam facilè pereat. *l. incendium. C. ſi cert. pet.* non poteſt dici, quamvis pecunia perierit, eam periiſſe quam debuit. *l. in ratione. §. incertæ ad l. Falcid.* Atque hoc

Digitized by Google

hoc procedit in ſtrictis judiciis, ut ſi quis pecuniam ex ſtipulatu, vel mutuo debeat, ſecus ſi ex contractu bonæ fidei, nam ipſo jure liberatur. *l. qui decem in fin. pr. d. ſolut.* Hoc ideo, quia exceptiones ſine alia conteſtatione inſunt bonæ fidei judiciis. *l. 3. d. reſc. vendit. l. hujusmodi. §. qui ſervum. d. legat. 1. l. ultim. d. hær. petit.* In ſtrictis judiciis non aliter quam ſi fuerint conteſtatæ. *l præſcriptionem. l. ſi quidem. C. d. except.* Donell. in *d. §. ſequitur.* Borch. *d. c. 7. 198.* Et tantum de mora debitoris. Purgat & à ſua parte creditor moram, ſi congruo loco & tempore interpellet debitorem: & ſeparatum nunc accipere oſtendat, qua in re opus eſt Judicem adeat, ſi ejus juſſu pecunia depoſita ſit. *Salicet in l. ſimul mora. in 4. princip. quæſt. num. 1.* Purgat autem ad actionem conſervandam intra modi-

modicum: *juxta l. ſi ita quis. §. Seja. d. V. O.* quod videtur Jaſon *in d. l. ſi inſulam* impugnare, & ampliùs tempus, aut ſaltem cum debitore æquale concedi debere. Nam reus mediante purgatione tractat, de jure novo quærendo, in præjudicium ipſius actoris, magis autem jura favent juri quæſito conſervando, quam de novo quærendo. *arg. l. patre furioſo d. his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Verum facilimè reſponderi poteſt, quoniã reus moram purgans non certat de aliquo novo jure quærendo, ſed potius de cõſervando eo: quod habuit antequam moram incurreret. Ad quęrendam vero actionem creditor nullo modo purgat. *l. 41. §. 11. verſ. inter de fideicom. libert.* Ratio diverſi juris eſt, quoniam priore caſu de damno vitando, hoc vero, de lucro acquirendo, & eo quod non habuit, certat.

certat, ejusmodi autem petitioni non facilè jura favent.

CAPUT DECIMUM ET ULTIMUM.

Quibus caſibus moræ purgatio non admittitur.

SUMMARIUM.

1. *An moræ purgatio admittatur, quando ſtatuto cavetur, ut ſecundum rigorem juris cauſæ decidantur?*
2. *An judæus moram purget?*
3. *Stante ſtatuo, quod inſtrumentum confeſſionatum habeat executionẽ paratam, an moræ purgatio concedatur?*

4. *Mora*

Digitized by Google

4. *Mora non purgatur cum renunciat debitor?*

5. *An idem in generali renuntiatione?*

6. *An ubi juratus eſt contractus?*

7. *Geminatiò non impedit moræ purgationem.*

8. *Quid ſi dies & pæna ſit in obligatione?*

9. *Mora non purgatur, quando executio facta eſt, à lege, vel homine.*

1 CAſus benè multos noſtri, quibus moræ purgatio locum non habet, notarunt, nos quam rectè, id ſequentibus, in paucis, oſtendemus. 1. Eſt, quando ſtatuto cavetur, ut ſecundum rigorem juris cauſæ decidantur: tum enim moræ purgationi locum

locum non eſſe, voluerunt. *Angel. Jaſon.* & communiter *Dd. in l. ſi inſulam. d. V. O. Alexander in l. etſi poſt tres. ff. ſi quis caut. jud. ſiſt. &c.* quoniam purgatio eſt ex æquitate, cui rigor eſt contrarius. Hic videtis effectum opinionis noſtræ, qua diximus purgationem eſſe ex æquo & bono, & ſic ex rigore juris, non etiam ex æquitate. Qua admiſſa, clariſſimè patet, purgationem admittendam eſſe. Atque hanc ſententiam admittunt. *Iacob. d. Nigris in d. l. ſi inſulam. num. 31. Alciat. 2. παρεργ. 11. Romul. in compend. moræ. num. 169. Michaël Graſſ. d. lib. 2. commun. opin. tit. 1. q. 16.*

2\. Ex eodem fundamento inferebat Jaſon. *in d. l. ſi inſulam num. 5.* quod 2 judæo non liceat moram purgare, quod ſequitur *Zaſ. ibid.* Verum rejiciuntur expoſitione noſtra, juncta *l. judæi. ibi. Romano etiam communi* jure

jure utentes. C. d. judæis. Reſpondet Jaſon quod *d.l.judæi.* tantum procedat in materia proportionabili, materiam autem purgationis non eſſe proportionabilem. Quod quia dicitur, & fundamento falſo, meritò à Jaſone diverſi ſunt. *Alciat.d.c.11.in παρεργ. Romul. in d. comp. moræ. 176.* & ante ipſos docuit. *Felin. in c. multorum.n. 5. d.judæis. & ſarac.* cujus fundamentum tale fuit: Judæus poteſt uti exceptione præſcriptionis contra Chriſtianũ. *juxta gl.in l. ſi fur. §. 1.verſ.uſucapere.d.uſuc.* & talis exceptio p̃ſcriptionis eſt de rigore juris. Si ergo contra æquitatem, quæ eſt p Chriſtiano, poteſt uti Judæus, fortius debet uti poſſe æquitate contra rigorem. Sed iſtud argumentum poteſt de facili tolli, (inquit Jaſon) nam ejus aſſumptum procedit, propter æqualitatẽ, quę in judiciis ſervari debet.

bet. *l. die Sabbati. C. d. judæis.* Verum rectè replicabat, Romul. quod iſtud fundamentum magis Felini ſententiam corroboret. Nam ſicut Chriſtianus poteſt moram purgare contra judæum, eodem modo judæus contra Chriſtianum, ut æqualitas ſervetur in rebus profanis, ſecus in ſpiritualibus, & rectè dicimus, in contractibus non attendi diverſitatem relligionis *l. nemo exterus. 9. C. d. judæ.*

3. Stante ſtatuto, quod inſtrumentũ confeſſionatum, ſive Guarantigiatũ habeat executionem paratã, ac ſi lata eſſet ſententia, nõ admittitur moræ purgatio, ut docuit Angel. *in d. l. ſi inſulam,* quem ibid. ſequuntur alii, quę ſententia mihi probatur, quoniam executiones inventæ ſunt, ut diſſolvantur obligationes. Qua itaque ratione ei cõcedi, contra quem executio facta eſt in inſtrumento, pur-

purgatio poterit. Alias enim executio non produceret, id ad quod ordinatur, contra *l.2.in fin. C. d.jur. calum.* Deinde conſtat, quod moræ purgatio impediatur ubi executio à lege facta eſt. *l.ſi is cui.§.A.ff.d.legat.* 2. Ibi enim electione facta per legatarium, in legato alternativo ſpecierum, lex ſtatim executionem facit transferendo dominium in legatarium, ita ut amplius non habeat poteſtatem mutandi voluntatem. Statuti autem diſpoſitio lex eſt. *l.omnes populi.d. Iuſt. & Iur.* qua cum facta ſit executio, non recipi poterit purgatio. Denique, cum poſt litem conteſtatam mora purgari non poſſit. *d. l.ſi inſul.d.V.O.* à fortiori non poterit purgatio fieri poſt ſententiam. Quocirca cavete vobis *ab Alexandro Incol. Roman. in d. l.ſi inſulam. Socin. in conſil. 199.* quos ſequitur.

Michaël.

Michaël. Graſs. d. tit. q. 16. qui contrariam opinionem tutati ſunt. Moventur, quia ſtatuta debent intelligi, ne quis indebitè damnum patiatur. *l. 2. C. d. noxal. c. cum dilectus. d. conſuet.* Verum illa conſideratio parvi momenti eſt. Nam cum ſua culpa & ceſſatione damnum incurrat, de ſe non etiam aliis quæri debet. *c. damnum quod d. R. Iur. in 6.* quam reſponſionem nihil valere dicit *Jacob. d. Nigris in d. l. ſi inſulam,* quoniam illa ratione attenta, ſequeretur quod nunquam poſt moram locus purgationi foret, verum conſiderare debuerat, nos non de ceſſatione quavis, ſed ea, quæ, inſtrumēto Guarentigiato dato, committitur, loqui. 4. Mora non purgatur, 4
ſi debitor ſpecialiter emendationi ejus renunciaverit: quoniam licitum eſt cuivis, iis, quæ pro ſe intro-

 ducta

ducta ſunt, renunciare. *l. illud. C. d. Epiſc. & Cler. l. pæn. C. d. pact.* & probat textus. *l. ſancimus. §. ſed ſi quidem C. d. fidejuſſ.* Quid ſi autem generaliter omni legum & juris beneficio renunciaverit, ſicuti hodie plerique notarii conficientes inſtrumēta inſerere ſolent hanc clauſulam: Vnd hat ſich aller vnd jeder Rechtlichen Wolthaten / Freyheiten / Begnadungen / vnd Beneficien etc. begeben / quæritur, an renunciatum moræ purgationi cenſeatur? quod dicendum videtur. Nam generalis renunciatio ad omnes ſpecies extenditur. *l. Julianus ff. d. legat. 3. l. ultim. C. d. dot. promiſſ. l. à procuratore. C. mandat.* imò ejusmodi generalis omnis juris ſeu beneficii renunciatio, pro ſpeciali atque expreſſa habetur. *Iaſon. in l. ſed etſi §. quæſitū. ff. ſi qs caut. &c.* & tantundē valet diſpoſitio

Digitized by Google

ſitio generalis quoad omnia, quantũ operatur ſpecialis, quo ad ſpeciatim enumerata *l. ſi chorus. in pr. d. lega. 3. l. omnes. C. d. præſcript. 30. vel 40. annor. l. ſi duo d. admin. tutor.* & imputet ſibi debitor, quod verbis generalibus, & tam latè patentibus uſus ſit, cum in ipſius arbitrio fuerit, apertius & magis ſpecialius loqui. *l. veteribus. ff. d. pact.* Atque hanc opinionẽ habent. *Crotus. in d. l ſi inſulã. n. 83. Afflict. deciſ. 174. n. 4. Rolan. à Vall. d. lucro dot. q. 42. n. 11. ubi alios citat. Romul. n. fin. d. mor.* Quę opinio mihi ex uſu publico haud videtur, propterea quod Notarii (qui ſunt ut pica, & pſittacus gallus, qui ſtant in palatio dominorũ, & loquũtur ſine intellectu *ut ait Roman. ſing. 52. n. 2.* & quorũ imperitia deſtruit totum mundũ, & ponit conſcientias bonorum virorum in magno diſcrimine. *ut eleganter. Bald.*

in conſil.6.lib.4. & commendat *Iaſon in l.filius à patre. d.liber. & poſthum.*) conſuetudine magis, quam certa ratione, aut conſenſu partium, ullave deliberatione, clauſulas ejusmodi generales, & nimium præjudicantes apponere ſoleant. *Decius conſil. 352.num.7. Socin.3. conſil. 103.* & quos copioſe citat. *Ttraquell. in præfat. n. 126. l. ſi unquam. C. de revoc. donat. Gaill. 2. obſerv. 77. nu. 6.* Et hæc opinio probatur, quod generalis renunciatio ſemper intelligatur rebus ſic ſtantibus, non autem ex nova cauſa ſuperveniente. *Tiraquell. in d. præfat. num. 130.* & non extendatur ad ea, de quibus non eſt cogitatum. *l. mater decedens. §. cæterum. d. inoffic. teſtam. l. qui tutoribus. ff. de transact.* in caſu vero noſtro nova eſt purgationis cauſa, neque de purgatione dici cogitatum poteſt, quoniam

quoniam tempore renunciationis nondum ea commiſſa erat, ſed de futuro committenda. Futuris autem renunciare non licet. *l. ſi ita ſcriptum. §. 1. de legat. 2. l. 1. §. quod ait. quor. legat.* Henric. Bover. *ſingul. 59. verſ. renunciatio. n. 20. ubi nu. 26.* ſubjicit, quod ſi quis renunciat, vel remittat omne jus, quod habet vel habere ſperat, intelligitur, ex cauſa præſenti vel præterito, non de futuro, de quo cogitare non potuit. Adde, quod renunciationes ſtricti juris ſint, nec in iis venire ſolent, niſi quæ expreſsè & ſpecificè dicta reperiuntur. *l. ſi ex pluribus. d. ſolut. empt. §. Lucius. l. tres fratres. ff. d. pact. c. ſine. c. veniens. d. renunciat.* & notabiliter Felin. *in c. ex parte. n. 3. d. offic. deleg.* dixit, quod generalis renunciatio non tollat defenſionem competentem ex natura ſubjectæ materiæ. Et cum

hujusmodi verba tam re quam genere ſint incerta, vel ut Bald. ait, omni careant nota ſpecificæ demonſtrationis: minimè quidem mirandum eſt, quod parum aut nihil operentur. *l. qui mutuam. §. ſolarium. jũcta. gl. in verb. pollicitationis, mandat. l. ſolarium. juncta. gl. C. eod.* Atq; hanc opinionem reperio conſulendo tenuiſſe magnum illum Tiber. Decia. *conſil. 84. n. 48. vol. 2.* cum quo hac in re errare, quam cum præcedentibus vera loqui malim.
6 5. Ubi juramentum contractui eſt appoſitum, non habet locum moræ purgatio ex Bartol. *in d. l. ſi inſulam. num. 20.* allegat *l. ſi quis major. C. d. transact.* Nam cum ipſo jure ibidem fiat executio, impeditur moræ purgatio: & Jaſon duplici ratione confirmat. 1. Quia juramentum habet vim litis conteſtatæ. *l. eum qui. §. ſi juravero. ff. d. jurejur.*

rejur. Sed lite conteſtata non admittitur moræ purgatio. *d.l.ſi inſulam.ff. d.V.O.* 2. Quia juramentum habet vim actus geminati, & ſic ubi ad validitatem actus requiritur actus geminatus, vel conſenſus geminatus. *l.mulier. & in auth.ſine à me. C. ad Vellej.* ſufficit unus cum juramento, ſed geminatio impedit moram. Ergo, addo, juramentum habet vim ſpecialis renunciationis. *c. ex reſcripto.ibid.gl.in verſo & uxorem.d.jurejur. Jaſon.in l.ſi mihi & tibi.§.f. n. 14. d.legat.1.* ubi autem ſpecialiter moræ purgationi renunciatur, ea non obtinet *l.ſancimus. §. 1. C. d.fidejuſſ.* Contrariũ tamen inter veteres ſolus Petrus de bexut.ſenſit: & *in d.l.ſi inſulã.* unus aut alter ſequitur. *Ferret. d.mora. num.57.* & credo quod hæc ſit veritas. Quia juramentum interponitur ut cõtractum conſervet, & illi

illi robur det, ideo natura actus confirmantis non eſt alterare in aliquo diſpoſitionem actus ſuper quo interponitur *l.f. C. d. non num. pecun.* nec debet eſſe juramentum vinculum iniquitatis. *c.1. verſ. quia vero. d. jurej. in 6.* Moræ autem purgatio eſt ex æquo. *d.l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur,* quam ſi tolleret, æquum tolleret, & per conſequens, Deinde purgando moram nihil facit contra juramentum debitor, quoniam juravit ſolvere, & id nunc cum moram purgat præ ſe fert, & nihil aliud quam ſolutionem meditatur. Non obſtant ſuperiora. Non *d.l. ſi quis major.* quoniam loquitur de eo caſu, cum quis adverſus contractum juratum venire præſumat, quod noſtro in caſu nullo modo debitor facit, ſed eum omninò implere ſatagit. Non fundamentum primum Jaſonis, quoniam

am procedit in juramento litis deciſorio, nõ confirmante: de quo nos agimus. Non alterum, quoniam & verior eſt illorum opinio, qui in ge- 7
minato actu purgationem admittunt. Corraſ. 2. miſcell. 6. Quibus adde quæ conſidero *c.4.n.37.* Non deniq; ultimum, quoniam, *d. c. ex reſcript. d. jurejur.* ex quo major propoſitio extructa eſt, loqtur, de muliere tali, quæ juramento in ſe ſolutionem receperat, & ea punitur, ſi juramentum non obſervet: non ſecus ac ſi ſpecialiter Vellejano renũciaſſet, atque ita juramentum comparatur renunciationi, at noſtro in caſu id ſtatui nequit, cum nullo modo, ut dictum eſt, contraveniat moram purgando. 6. Mora non pur- 8
gatur, ubi dies & pæna eſt in obligatione. *Bartol. in l. ſi inſulam. n. 4. ibid. Angel. d. Vbaldis. Iohan. Crot. Ioh. d.*

Hannibalis.d.V.Oblig. Ferret.in tr.d. mora.n.57. Cuj.in tr.7.ad Afric.in explicatione l.trajectitiæ.d.oblig.& act.1. per l.magnam.C.d.contrah. & comm. ſtipul. in cujus ſpecie, quod omnes nullo reclamante admittunt, dies & pæna adjecta fuit. Addit a. textus, quod abſque ulla alia admonitione fiat obnoxius pænæ, & p conſequẽs erit in mora impurgabili, vocabuli ſiquidem, *obnoxius*, hæc propria acceptio & vis eſt, ut importet obligationem validam, &, ut noſtri loquũtur, præciſam cum effectu *l.f.C.fruct. & lit.expenſ.l.1.ff. quod quisq; jur. in al.* 2. Idem probat. *l.trajectitia. d. oblig.& act. l.celſus. d. recept.arbitr.* 3. Quia pæna non eſt moræ effectus, ſed quoddã extrinſecum, pendens à lege, aut conventione, quod emẽdationem non habet, emendatio n. ſolius moræ eſt. *l.ſi ita quis. §. Seja. d. V.O.*

V.O. 4. Quia, qui non terretur damno impendente ex pæna adveniente die appoſita, cenſetur contumax adverſus legis minas. 5. Quia ubi hominis eſt proviſio, ceſſat legis auxilium. *l. fin. C. d. pact. convent.* At ubi dies & pæna adjicitur, ſollicita apparet hominis proviſio, & enixa circa obligationem voluntas, ceſſabit ergo legis auxilium, id eſt, moræ purgatio. Non obſtat. *l. etſi poſt tres. ff. ſi quis caut.* Quoniam in ejus ſpeciæ id actum interpretamur, ut liceat adhuc purgare, nam cum nihil interſit actoris reum eo die ſiſti, ideo etſi pæna quidem ſecundum verba committitur, ſi reus ſua die in jus vocatus non venerit, ex ſententia tamen contrahentium, & eo quod tacitè agitur, pænam peti iniquum eſt, ſi poſt aliquot dies reus ſecum experiundi poteſtatem faciat

ſine ullo damno petitoris. *Donell. c. 9. d. mor.* Denique moram purgari non poſſe, quando executio facta eſt ipſo jure à lege, vel ab homine, *conſtat. l. qui ob rem. ff. d. cond. indeb. l. ſi is cui. d. legat. 2.* Bartol. *in d. l. ſi inſulam. n. 19.* Cravet. *conſil. 166.* & communis eſt *juxta Romul. num. 232.* Ratio eſt, quia executiones ſunt inventæ, ut diſſolvantur obligationes, ideo illi, contra quem fit executio, nõ remanet aliqua facultas purgandi, nam ex quo non remanet obligatio non poteſt mora purgari. Poſſem plura cumulare, ſed præcipua hæc ſunt, vos alia Marte veſtro, quæ

-----Spaciis excluſus iniquis
Prætereo,

colligere ex commentationibus aliorum poteritis. Equidem jam, & capiti & libro coronide inducta, conticeſcam,

ticeſcam, velut epilogi celeuma recinuerim, lætantium more nautarum, optimum Maximum Deum apprecatus, quod vitæ supereſt etiã-num, ita liceat hiſce impartiri curis, ut ejus recinant laudes, & ſtudioſorum juvenum ſubſerviant emolumentis.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS SAPORTÆ, LL. DOCTORIS,

TRACTATUS MORÆ.

I. Partitio tractatus.

COnſcribens Moræ inſignem tractatũ, variiſque juris tenebris obvolutum, faciam, ut potero, manifeſtam doctrinam enarrans, ut nota ſint ſingula moræ præcepta: veluti refert Herennius Modeſtinus *in l. 1. ff. de excuſ. tut.* Quatuor ſolummodò capitibus

bus agendum eſt, quibus qua licebit facilitate, difficillima quæque perſtringam: quò dilucidius intelligi poſſint quæ à veteribus confusè ſatis, & inordinatè tractata ſunt, ut ſimili exemplo docet Paul. *in l.1.ff. de doli mal. & me. excep.* idem *in l Cajus.§. Titius.ff.de lega.2.* Primùm igitur inquirendum eſt Mora quid ſit, & quotuplex. Secundum, quemadmodum committatur. Tertium, qui ſint Moræ effectus. Poſtremũ verò quemadmodum purgetur vel eluatur mora.

C A-

Digitized by Google

CAPVT. I.

Quid ſit Mora & quotuplex.

SUMMARIA.

1. Moræ definitio obſcura creditur.

2. 3. 4. Quid per definitionem ſenſerit Pompon. in l. mora. ff. d. uſur?

5. Mora definitur.

6. Expenduntur verba definitionis.

7. 8. 9. Non omne quod differendi cauſa fit, moræ animadvertendum eſt.

10. Quis verè in mora conſtituatur?

11. Non ſolum debitor, ſed & cre-

ditor

Digitized by Google

ditor in mora conſtituitur.

12. *Oblatio & deſignatio debiti liberat debitorem.*

13. *Moræ diviſio proponitur.*

14. 15. *Regularis mora quænam ſit.*

16. *Irregularis mora quænam ſit.*

17. *Quomodo mora regularis & irregularis contrahatur?*

1 MOræ definitio à noſtris non parum obſcura & difficilis ſemper credita eſt. Ducti egregio *Marcelli* reſponſo *l. mora. ff. de uſur.* (ubi inquit) Nam ut Pomponius libr. 12. epiſtol. ſcribit, difficilis eſt hujus rei definitio. Sed *Mar-*
2 *cellum* eo loci non putarem ſenſiſſe difficillimam eſſe moræ finitionem, qua tamen nihil facilius nec liquidius dici poteſt. Sed illic diffinitio diffici-

ficilis rei, h. e. diſtinctio vel ſeparatio 3
exiſtimatur: non ea quæ eſt (ut ait
Quintil. 7. inſt. 4.) rei ꝓpoſitio ꝓpria
& dilucida & breviter comprehēſa
verbis enuntiatio: vel vt docet *Cice*
in topic. qua qd ſit id de quo agitur,
oſtendit quàm breuiſſimè. Quod
eodem *Marcell.* reſponſo facillimè
convincitur cùm ait: Divus quoque
Pius Tullio Balbo reſcripſit, an mora
facta intelligatur, neque conſtitu-
tione ulla neq; juris autorum quæ-
ſtione decidi poſſe: cùm ſit magis fa-
cti quàm juris quæſtio. Nec abs re
prætermittendum exiſtimo ſimile
Calliſt. exemplum in *l. 3. §. eiuſdem.*
ff. de teſtib. (cùm ait) Quæ argumen-
ta ad quem modū probandæ cuiq;
rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis
definire poteſt. Planè igitur ex 4
verbis Juriſconſulti conſtat difficilē
eſſe ſolummodò conſtitutionem
Moræ.

illi robur det, ideo natura actus confirmantis non eſt alterare in aliquo diſpoſitionem actus ſuper quo interponitur *l. f. C. d. non num. pecun.* nec debet eſſe juramentum vinculum iniquitatis. *c. 1. verſ. quia vero. d. jurej. in 6.* Moræ autem purgatio eſt ex æquo. *d. l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur*, quam ſi tolleret, æquum tolleret, & per conſequens, Deinde purgando moram nihil facit contra juramentum debitor, quoniam juravit ſolvere, & id nunc cum moram purgat præ ſe fert, & nihil aliud quam ſolutionem meditatur. Non obſtant ſuperiora. Non *d. l. ſi quis major.* quoniam loquitur de eo caſu, cum quis adverſus contractum juratum venire præſumat, quod noſtro in caſu nullo modo debitor facit, ſed eum omninò implere ſatagit. Non fundamentum primum Jaſonis, quoniam

am procedit in juramento litis deciſorio, nō confirmante: de quo nos agimus. Non alterum, quoniam & verior eſt illorum opinio, qui in ge- 7
minato actu purgationem admittunt. Corraſ. 2. miſcell. 6. Quibus adde quæ conſidero *c.4.n.37.* Non deniq; ultimum, quoniam, *d. c. ex reſcript. d. jurejur.* ex quo major propoſitio extructa eſt, loqtur, de muliere tali, quæ juramento in ſe ſolutionem receperat, & ea punitur, ſi juramentum non obſervet: non ſecus ac ſi ſpecialiter Vellejano renūciaſſet, atque ita juramentum comparatur renunciationi, at noſtro in caſu id ſtatui nequit, cum nullo modo, ut dictum eſt, contraveniat moram purgando. 6. Mora non pur- 8
gatur, ubi dies & pæna eſt in obligatione. *Bartol. in l. ſi inſulam. n. 4. ibid. Angel. d. Vbaldis. Iohan. Crot. Ioh. d.*
 Han-
Digitized by Google

Hannibalis.d.V.Oblig. Ferret.in tr.d. mora.n.57. Cuj.in tr.7.ad Afric.in explicatione l.trajectitiæ.d.oblig.& act.1. per l.magnam.C.d.contrah. & comm. ſtipul. in cujus ſpecie, quod omnes nullo reclamante admittunt, dies & pæna adjecta fuit. Addit a. textus, quod abſque ulla alia admonitione fiat obnoxius pænæ, & p conſequẽs erit in mora impurgabili], vocabuli ſiquidem, *obnoxius*, hæc propria acceptio & vis eſt, ut importet obligationem validam, &, ut noſtri loquũtur, præciſam cum effectu *l.f.C.fruct. & lit.expenſ.l.1.ff. quod quisq; jur. in al.* 2. Idem probat. *l.trajectitiæ. d. oblig.& act. l.celſus. d. recept.arbitr.* 3. Quia pæna non eſt moræ effectus, ſed quoddã extrinſecum, pendens à lege, aut conventione, quod emẽdationem non habet, emendatio n. ſolius moræ eſt. *l.ſi ita quis.§. Seja. d. V.O.*

V.O. 4. Quia, qui non terretur damno impendente ex pæna adveniente die appoſita, cenſetur contumax adverſus legis minas. 5. Quia ubi hominis eſt proviſio, ceſſat legis auxilium. *l. fin. C. d. pact. convent.* At ubi dies & pæna adjicitur, ſollicita apparet hominis proviſio, & enixa circa obligationem voluntas, ceſſabit ergo legis auxilium, id eſt, moræ purgatio. Non obſtat. *l. etſi poſt tres. ff ſi quis caut.* Quoniam in ejus ſpeciæ id actum interpretamur, ut liceat adhuc purgare, nam cum nihil interſit actoris reum eo die ſiſti, ideo etſi pæna quidem ſecundum verba committitur, ſi reus ſua die in jus vocatus non venerit, ex ſententia tamen contrahentium, & eo quod tacitè agitur, pænam peti iniquum eſt, ſi poſt aliquot dies reus ſecum experiundi poteſtatem faciat

ſine ullo damno petitoris. *Donell. c. 9. d. mor.* Denique moram purgari non poſſe, quando executio facta eſt ipſo jure à lege, vel ab homine, *conſtat. l. qui ob rem. ff. d. cond. indeb. l. ſi is cui. d. legat. 2.* Bartol. *in d. l. ſi inſulam. n. 19.* Cravet. *conſil. 166.* & communis eſt *juxta Romul. num. 232.* Ratio eſt, quia executiones ſunt inventæ, ut diſſolvantur obligationes, ideo illi, contra quem fit executio, nō remanet aliqua facultas purgandi, nam ex quo non remanet obligatio non poteſt mora purgari. Poſſem plura cumulare, ſed præcipua hæc ſunt, vos alia Marte veſtro, quæ

-----Spaciis excluſus iniquis
Prætereo,

colligere ex commentationibus aliorum poteritis. Equidem jam, & capiti & libro coronide inducta, conticeſcam,

ticeſcam, velut epilogi celeuma recinuerim, lætantium more nautarum, optimum Maximum Deum apprecatus, quod vitæ ſupereſt etiãnum, ita liceat hiſce impartiri curis, ut ejus recinant laudes, & ſtudioſorum juvenum ſubſerviant emolumentis.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS SAPORTÆ, LL. DOCTORIS,

TRACTATUS MORÆ.

I. Partitio tractatus.

COnſcribens Moræ inſignem tractatũ, variiſque juris tenebris obvolutum, faciam, ut potero, manifeſtam doctrinam enarrans, ut nota ſint ſingula moræ præcepta: veluti refert Herennius Modeſtinus *in l. 1. ff. de excuſ. tut.* Quatuor ſolummodò capitibus

bus agendum eſt, quibus qua licebit facilitate, difficillima quæque perſtringam: quò dilucidius intelligi poſſint quæ à veteribus confusè ſatis, & inordinatè tractata ſunt, ut ſimili exemplo docet Paul. *in l.1.ff. de doli mal. & me. excep.* idem *in l Cajus.§.Titius.ff.de lega.2.* Primùm igitur inquirendum eſt Mora quid ſit, & quotuplex. Secundum, quemadmodum committatur. Tertium, qui ſint Moræ effectus. Poſtremū verò quemadmodum purgetur vel eluatur mora.

C A-

Digitized by Google

CAPVT. I.

Quid ſit Mora & quotuplex.

SUMMARIA.

1. *Moræ definitio obſcura creditur.*
2. 3. 4. *Quid per definitionem ſenſerit Pompon. in l. mora. ff. d. uſur?*
5. *Mora definitur.*
6. *Expenduntur verba definitionis.*
7. 8. 9. *Non omne quod differendi cauſa fit, moræ animadvertendum eſt.*
10. *Quis verè in mora conſtituatur?*
11. *Non ſolum debitor, ſed & creditor*

Digitized by Google

ficilis rei, h.e. diſtinctio vel ſeparatio 3
exiſtimatur: non ea quæ eſt (ut ait *Quintil. 7. inſt. 4.*) rei ꝓpoſitio ꝓpria & dilucida & breviter comprehẽſa verbis enuntiatio: vel vt docet *Cicer. in topic.* qua qd ſit id de quo agitur, oſtendit quàm breuiſſimè. Quod eodem *Marcell.* reſponſo facillimè convincitur cùm ait: Divus quoque *Pius Tullio Balbo* reſcripſit, an mora facta intelligatur, neque conſtitutione ulla neq; juris autorum quæſtione decidi poſſe: cùm ſit magis facti quàm juris quæſtio. Nec abs re prætermittendum exiſtimo ſimile Calliſt. exemplum in *l. 3. §. eiusdem. ff. de teſtib.* (cùm ait) Quæ argumenta ad quem modũ probandæ cuiq; rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis definire poteſt. Planè igitur ex 4
verbis Juriſconſulti conſtat difficilẽ eſſe ſolummodò conſtitutionem Moræ.

Digitized by Google

Moræ,vel cùm commiſſa eſt, incertum videri in quo genere, ut Celſus adoleſcens ſcribit, plerunque ſub autoritate juris perniciosè erratur. *l.ſi ſervum. §.ſequitur.ff. de V. Oblig.* Itaque ne tamdiu in hoc nullius ferè utilitatis negotio immoremur, ſic commodiſſimè exiſtimo finiri Moram, multorum rejectis diffini-
5 tionibus. Mora eſt dilatio, culpa nõ carens debiti ſolvendi vel crediti recipiendi. Hæc diffinitio vera eſt, cùm ea ſuis partibus conſtet. convenit n. inter omnes & dialectices & jurisprudentiæ profeſſores, debere confici ex genere & differentia: ut egregiè cenſet *Agri. lib.1. c.5. de inventi.* ac cæteri *Bart. in l.1.ff. de teſt. Alciat. lib.1. de V. S.* In qua finitione generis loco ſunt verba hæc (dilatio debiti & crediti recipiendi) differentiæ verò hæc (Culpa non carens)

Ex-

Expendenda ſunt ſingula hujus definitionis membra. Primum omnium dixímus, Mora eſt dilatio culpa non carens: nam nulla dici poteſt Mora ubi dilatio debiti ſolvendi nõ intervenit. *l.ſi ex legati cauſa.ff.de V. O.* cujus verba Pomponii hæc ſunt: *Si (inquit) ex legati cauſa aut ex ſtipulatu hominem certum mihi debeas, non aliter poſt mortem ejus teneberis mihi, quàm ſi per te ſteterit quominus vivo eo, eum mihi dares: quod ita fit, ſi aut interpellatus non dediſti, aut occidiſti eum.* 6

Sed non omne quod differendi cauſa optima ratione fit, Moræ adnumerandum eſt, *l. ſciendum. ff. de uſur.* cujuſmodi eſt dilatio probationis. *l.1.C.de dilatio.l.ultim.ff.de feri. vel judicii. l. Moræ litis. C. de rei vendi.* Igitur dilatio culpa non carens, Mora eſt: nec aliter committitur. 7

Sunt

8 Sunt tamen qui putent ex *l. ſi ſervum. ff. de Verbor. Obligat.* Moram contrahi, nulla prorſus dilatione, quorum ego ſententiæ non adſtipulor: nam nulla illic mora nec dilatio, ſed culpa potius in faciendo verſabatur, ut in ſervo promiſſo qui
9 ante moram occiſus fuerat. Dilatio autem debiti ſolvendi non modò culpa fit, ſed dolo etiam, ut ſi per me factum fuerit quominus rem debitam ſoluerem, utroque enim caſu mora conſtituitur. *l. mulier. §. ſed enim. ff. ad S. C. Trebelli.* Si quis (inquit Ulpian.) rogetur reſtituere hæreditatem, & vel ſervi deceſſerint, vel aliæ res perierint, placet nō cogi eum reddere quod non habet: culpæ planè rationem reddere, ſed ejus quæ dolo proxima eſt, idem Pompo. ſcribit. *in l. quod te. ff. ſi cer. peta.* quæ latius ſuo loco perſtringemus.

mus. *Debiti ſolvendi.* Hæc verba adjecimus, quia verè in mora is conſti- 10
tuitur, qui debitum ſolvere differt. *l. mora. ff. de Vſuris.* Mora, ait *Marcel.* fieri intelligitur non ex re, ſed ex perſona, id eſt, ſi interpellatus opportuno loco non ſolverit. *Vel cre-*
diti recipiendi. Non ſolum enim de- 11
bitores in mora conſtituũtur, ſed illi etiam quibus aliquid debetur, cùm creditũ recuſant accipere. Pomp. *in l. ſi mrra. ff. Solu. matr.* Si (inquit) mora per mulierem facta fuerit, quominus dotem reciperet, dolum malum duutaxat in ea re non etiã culpam maritus præſtare debet, ne facto mulieris in perpetuum, agrum colere cogatur. Idem Pompo ſcribit *in l. illud. ff. de peri. & comm. rei vendi.* Imp. *in l. acceptam. C. de uſur. l. 2. C. de Iur. empt.* Nam oblatio debiti &
obſignatio debitorem omnimodo 12
libe-

liberat. *l. obſignatione. C. de Solut. l. ſi ſoluturus. ff. eo. l. ſi reſiduum. C. de diſt. pign. l. ſi per te. C. de uſur.* Sed nec ſola oblatio ſufficit *gloſ. in c. ut circa de electi. libr. 6. ex verb. (Præſtito) gloſ. in c. Paſtoralis. §. ultim. de offic. ordin.* Niſi ea in judicio fiat. *l. ſi rem. §. ultim. ff. de pign. act.* Vel adverſario recuſante. *l. qui decem. ff. de Solutio. Bald. in l. uni. C. ne lic. ter. pro. Paul. Caſtr. in l.*
13 *Qui Romæ. ff. de Verb. Oblig.* Jam ſatis expoſita velut per tranſennam definitione Moræ, nunc ſedulò attingendum eſt quotuplex ea ſit. Mora dupliciter à noſtris diſtributa eſt. Quedam Regularis, Altera verò Irregularis appellata eſt.

14 Regularis ea eſt quæ ex interpellatione hominis vel diei contrahitur. Paul. Juriſconſult. *in l. ſi penum. ff. quando die. leg. ce.* ex verbis, ſi noluerit hæres penum dare, & tunc pecu-

pecuniam deberi: cùm interpellatus
fundum non dediſſet. Ea eſt præter- 15
ea Regularis, quæ non ex re, ſed ex
perſona fieri intelligitur. *dict. l. Mo-
ral. & l. Si ex legati causa. l. Qui Ro-
mæ. §. Cohæredes. ff. de verb. oblig.* Ir- 16
regularis vel extraordinaria mora
eſt, quæ re ipſa ſolummodo, nulla
la interpellatione vera vel ficta cõ-
trahitur. *l. in minorum. C. In qui. cau.
in integ. reſti. non eſt neceſ.* In mino-
rum (inquit Dioclet.) perſona re ipſa
& ex ſolo tempore tardæ pretii ſo-
lutionis, recepto jure moram fieri
creditum eſt. Hujus etiam moræ ir-
regularis meminit *Vlpian. in l. ſi quis
ita legaverit. §. ſi quis Titio. ff. de adim.
leg. Idem in l. Iulianus. §. Ex vendito.
ff. de act. emt. & vend.* Dioclet. *in l.
Curabit. C. e. l. Cum verò. §. Apparet.
ff. de fideicom. liberta. gloß. in l. Mora.
Paul. Caſtr. in l. Titia. §. uſuras. ff. de*

leg. 2. Idem in l. de diviſione. ff. ſolut. matr. Hujuſmodi ſpecies ſic inter ſe diſcrepant. Nam quæ regularis eſt,
17 ex perſona & interpellatione contrahitur. Irregularis verò ex re potius & ſingulari creditoris privilegio, nulla prorſus denuntiatione conficitur, nec jam propriè mora dici poteſt, *Paul. in l. Titia. §. uſuras. ff. de lega. 2.* cùm ait. Quamvis enim conſtitutum ſit, ut minoribus 25. annis uſuræ omnimodo præſtentur: tamē pro non mora hoc habendum eſt, &c. *gloſ. in l. Item ſi verberatum. §. ultim. ff. de rei vend.* Sed quemadmodum hæc inter ſe differant, manifeſtiſſimè docet *Accurſi. in l. videamus. 2. ex verbo. In rem. ff. de uſur. Franc. à Rip. in l. quod te ff. de reb. cred. ſi cert. pet.*

CA-

CAPUT II.

Quemadmodum mora committatur.

SUMMARIA.

18. *Quomodo mora irregularis committitur?*

19. 20. *In contractibus ſtricti juris ut plurimum mora irregularis non committitur.*

21. *In legatis & fideicommiſsis irregularis mora.*

22. *Actio ex teſtamento ſpeciem bonæ fidei habet.*

23. 24. 25. *An in contractibus innominatis mora irregularis committatur?*

26. *Quomodo regularis mora cõmittatur?*

27. *Interpellatio alia ſit in judicio alia extra judicium.*

28. *An unica denunciatione mora contrahatur?*

29. *Si debitor in alterius locum ſucceſſit, fides rei geſtæ facienda eſt.*

30. *Poſt interpellationem modicum tempus concedendum eſt.*

31. 32. 33. *Diſcrimen adſignatur inter faciendi & dandi obligationem.*

34. *An libelli oblatio aut citatio moram inducat?*

35. *Quomodo in judicio petitum dicatur?*

36. *Non intereſt dominus vel procurator interpelletur.*

37. Non-

Digitized by Google

37. *Nonnunquam opus judiciali interpellatione ad cõſtituendum debitorem in mora.*

39. 40. *Quid in collatione dotis?*

41. 42. 43. *Si creditor recuſet debitam rem accipere, an huic neceſſaria ſit litis conteſtatio, ut debitor in mora conſtituatur?*

44. *Explicatur l. Æmilius de minoribus.*

45. 46. *Difficultas ſoluendi moram impedit.*

47. *Caſus fortuitus non eſt adſcribendus culpæ.*

48. 49. *Aliud eſt ſi morâ commiſſâ caſus fortuitus incidat.*

50. 51. *Quomodo dies lapſus debitorem in mora conſtituat?*

52. *Dies alius eſt expreſſus, alius tacitus.*

53. *Quomodo dies lapſus etiam ignorantibus noceat?*

54. 55. 56. 57. 58. 59 *Quomodo dies à teſtatore vel judice addatur nec contrahatur mora.*

60. *Dies tollendæ obligationis moram non inducit.*

61. 62. *Tollitur obligatio ope exceptionis.*

63. *An dies proſit ſi debitor & creditor unius fori non ſint?*

64. *Mora etiam interdum die tacito inducitur.*

65. *Intereſt dies expreſſus vel tacitus adjectus ſit.*

66. *Quomodo mora in judicio committatur?*

67. An

Digitized by Google

67. *An ſola citatione mora committatur?*

68. *An litis conteſtatione mora inducatur?*

CUm duplex ſit moræ ſpecies, quædam Regularis, altera verò Irregularis: ſedulò inquirendum eſt, quemadmodum utraque committatur. Primum omnium videamus quæ pertinent ad moræ Irregularis ſpeciẽ. Mora irregularis cõmittitur 18
in contractibus bonæ fidei, nulla interpellatione, re nõ integra, veluti in emptione & venditione, ſi vel res tradita fuerit: vel pretium datũ ſit. *l. ſi traditio. & l. curabit. C. de actio. empt. l. evictis. §. ultim. junct. gloſ. ff. de uſur. l. ultim. §. præterea. C. de jur. do.*
In contractibus autem ſtricti juris 19
mora irregularis, ut plurimùm, nulla committitur, quemadmodum

ſi ex mutuo obligatus ſis, niſi te prius interpellem, fruſtra in mora dici potes. In his enim conventionibus, quæ ſtrictam interpretationem ſuſtinent, ſola interpellatio moram inducit. Sic non ex re ſed ex perſona dilatio debiti ſolvendi committitur, quia nec id quod noſtra intereſt: nec uſuræ, niſi lite conteſtata debētur. *l. Mora. §. In bonæ fidei. ff. de uſuri.*

20 Hæc verò communis noſtrorum ſententia planè defenditur elegantiſſimo text. *in l. 1. C. de condict. inde.* (ubi inquit) Si quid igitur probare potueris patrem tuum cui hæres extitiſti, amplius debito creditori ſuo perſolviſſe, repetere potes: uſuras aut ejus ſummæ præſtari tibi fruſtra deſideras. Siquidem condictione indebiti rem indebitam non uſuras perſequimur. Iniquum igitur viſum eſt Anton. Imp. ſortis & uſurarum con-

Digitized by Google

condictionem competere: illæ enim officio judicis non actionis jure (niſi ex ſtipulatione) debentur, *l. 4. C. depoſi. Bartol. & Alex. in l. ſi marito. §. ultim. ff. Solut. mat. Imp. Sever. & Anton. in l. quamvis. C. de uſuri.* Con- 21
trahitur inſuper hujusmodi mora ex legatis, vel fideicommiſſis. Paul. *in l. ſi quis ſervo. ff. de legat. 2.* ex verbis, ſed hoc iniquum eſt. In hujusmodi enim perſona utriusque quodammodo dies ceſſit & libertatis & pecuniæ petendæ: adeò ut putem, ſi mora fiat præſtandæ libertati, etiam fideicommiſſo moram videri factam, & uſurarum onus accedere.
Nec id certè mirum videtur, cùm ex 22
teſtamento actio bonæ fidei ſpeciem retineat. *not. Bart. in l. inſulam. §. in operis. ff. locati & condu. idem in l. ſi hæres. ff. de eo quod cert. lo.* Hinc dubi- 23
tant noſtri, an iu contractibus inno-

minatis hujuſmodi mora commit-
tatur. Veluti, finge inter nos con-
ventum, ut tibi Stichum darem, tu
verò Pamphilum manumitteres:
Stichum dedi: Pamphilum manu-
mittere ceſſas, an poſtquã contractũ
implevi, in mora ſis? Quidam exiſti-
maverũt ex innominatis contracti-
bus, moram nullomodo cõmitti, eo
potiſſimum argumento, cùm in nu-
dis conventionibus pœnitentiæ lo-
cus ſit. *l. dedi. & l. ſi pecuniam. ff. de*
condic. cau. dat. & cau. non ſecu. l. ex
placito. C. de rer. permuta. Quorum e-
24 go ſententiæ nõ aſſentior: nec enim
incongruum videtur moram ex im-
plemento rectè contrahi: ut egregiè
docet *Vlpian. in l. ſi pecuniam. §. ſi*
ſervum. verſicu. Sed ſi ubi accepit. ff. de
condic. cauſ. da. Sed ſi (inquit) ubi ac-
cepit ut manumitteret, deinde ſer-
vus deceſſerit, ſiquidem moram fe-

cit

cit manumiſſioni, conſequens eſt ut dicamꝰ refundere eum ꝙ accepit, ꝙ ſi moram non fecit, ſed cū profectus eſſet ad præſidē, vel apud quem manumittere poſſet, ſervus in itinere deceſſerit, verius eſt: ſi quidē diſtracturus erat vel eo ipſo uſurus, oportere dici nihil eū refundere debere.

Nec jam quiſquam negabit ex contractibus innominatis actionem præſcriptis verbis ad id quod intereſt re ſecuta competere, quod ſanè manifeſtiſſimum eſt, moræ jam cōmiſſæ indicium. *l. naturali. §. & ſiquidem. & §. at cum do. ff. de præſcrip. verbi. l. 1. §. ult. ff. de rer. permu.* Nec enim ſequitur, condictionem ob cauſam ratione pœnitentiæ dari, non ergo contrahi moram. nam cuique contrahenti liberum eſt, vel condicere, vel adverſarium ad id quod intereſt civili actione cōpellere. Itaq; ſive in 25

 bonæ

bonæ fidei vel ſtricti juris contractibus vel nominatis aut innominatis loquamur, ſola traditio & implementum contractus, in mora irregulari alium conſtituet, ſi modò cõtractum implere diſtulerit. *dict. l. Julianus. §. ex vendito. & l. naturalis. §. & ſiquidem.*

26 Sed quemadmodum mora regularis committatur, nunc ordine perſtringamus. Mora quæ regularis eſt, ſola interpellatione contrahitur. *d. l. mora. ff. de uſu.* Eſt autem interpella-

27 tionis differentia duplex. Quædam enim extra judicium fit, altera in judicio conficitur, quæ verò extra judicium eſt, vel unica petitione, vel ex diei ac temporis conſtituti lapſu contrahitur. Primum omnium agendum eſt de ea quæ fit extra judicium unica denunciatio-

28 ne. Communis noſtrorum extat ſen-

ſententia, in dandi obligationibus, non autem faciendi, moram ſola interpellatione contrahi, ut cum elapſum eſt tempus, quo facilè promiſſa præſtari potuerunt. Quæ jam ſatis recepta fulcitur manifeſtiſſimo Juſtiniani reſcripto *in l. ultim. verſic. ſin autem nulla pactio. C. de ju. domi. Imp.* cui ſubnecti poterit. *l. ſi ex legati cauſa.* ac Ulp. reſponſum in ſimili *in l. 3. §. illud ſciendum. ff. quod vi aut clam. gloſſ. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ac Bart. in §. Seja. ff. de verb. obl. Paul. Caſtr. in l. ſemel mora. ff. ſolut. matr. gloſ. in Cle. 1. ex verbo, factam, de Decimi.* Unica igitur ſufficit denunciatio, dum tamen loco congruo, tempore idoneo fiat. *dict. l. mora. l. ſi ſoluturus. ff. de ſoluti.* quæ interpellatio ubi facta proponitur debitori, propriè obligationis ignorantia caret. *l. ultim. ff. pro ſuo.* Sin autem de- 29

bitor probabilem ignorantiæ cau-
ſam haberet, ut quia in alterius lo-
cum ſucceſſiſſet: tunc rei geſtæ fides
facienda eſſet neceſſariò. *Cle. Cau-
ſam quæ. de electi. in Clemen. l. qui in
alterius ff. de Reg. Iur. c. cum quis. eo.
tit. lib. 6.* Addendum erit præterea
30 etiam poſt interpellationem modi-
cum tempus jam lapſum debitori
condonandum ſæpiſſimè, quod ju-
dicis arbitrio æſtimandum erit. *l. ſi
quis filium. §. ſtipulatio. ff. de colla. bon.*
ſtipulatio (inquit Ulpian.) collatio-
nis tunc committitur, cùm inter-
pellatus cum aliquo ſpatio quo cõ-
ferre potuit, non facit: maximè cùm
viri boni arbitratu collationem fieri
edicto prætoris inſertum eſt. *gloſ. in
l. Æmilius largianus. ff. de mino. 25.
annor. gl. in §. ſi impoſſibilis. inſt. de in-
util. ſtip. Bart. in l. ſi penum. ff. quando
31 di. leg. ced.* Sed cur tam variè inſti-
tutum

tutum eſt ut in dandi obligationibus non niſi ex interpellatione mora conſtituatur: in facti autem ſucceſſivi obligationibus nulla ſit opus denuntiatione. *l. ſi ita quid ſtipulatus eſſem abs te. ff. de Verb. Oblig. l. exiſtimo. §. ex hac. ff. eod. l. Si tutor. §. fin. ff. de Tute. & ra. diſt.*

Ego non aliam differentiæ ratio- 32
nem ſemper credidi, in factis primũ ſucceſſivis rejici interpellationem, quia in his dies tacitè qua factum perfici poteſt continetur. Veluti, Si inſulam fabricare promiſeris vel foſſam facere: licet enim pura videatur ſtipulatio, attamen ex re ipſa dilationem capere ſolet. *l. interdum. ff. de Verbor. Oblig.* Interdum (refert Paul.) pura ſtipulatio ex re ipſa dilationem capit: veluti, ſi id ꝙ in utero ſit, aut fructus futurus, aut domum ædiſicari ſtipulatus ſit: Tunc

Digitized by Google

Tunc enim incipit actio, cùm ea per rerum naturam præſtari poteſt. Idẽ cenſendum in eo qui certo loco dare promiſit: *d. l. interdum. & l. Continuus. §. Cùm ita. ff. de verb. oblig. l. non utique. §. Si quis ita ſtipuletur E-*
33 *pheſi 10. dari. ff. de eo quod cert. loco.* In cæteris autem dandi obligationibus interpellatione ideo opus eſt, quia obligationis puræ non modò ceſſit, ſed venit dies, itaque præſenti die debetur, neceſſaria eſt igitur interpellatio, cùm incertum exiſtat, quo die interpellatur debitor. *l. eum qui Calendis. §. quoties. ff. de V. O. l. ſi dies. ff. quando die. leg. cedi. l. in omnibus obligationibus. ff. de R. I. Jaſ. in dict. l. ſi ex legati cauſa.* Porrò cùm ex inter-
34 pellatione debitor in mora conſtituatur, videamus, cur non ſola citatio vel libelli oblatio hoc operetur. *l. denunciaſſe verſic. Quid ergo. ff. de adul-*

adulteri. l. libertus à patrono. ff. de in jus vocan. Paul. Caſtr. in l. 1. C. de uſur. & fru. leg. Sed dubitatio hujuſmodi facilè diluetur, ſi ſemel oblationis libelli naturam perſpexerimus Cujusquidem ea eſt conditio, ut qui judici libellum offert, non videatur debitorem interpellare ut ſolvat, ſed ut reus interim deliberet, an cedat, an contendat. *Authenti. Offeratur. C. de liti. conteſt. l. 1. ff. de eden.*

Tunc enim in judicio petitum di- 35
cimus, cùm lis conteſtata eſt. *l. amplius non peti. ff. rem ra. ha.* Sanè quæ 39
diximus, non modò in creditorum perſonis vera ſunt, veluti cùm debitores extra judicium à creditoribus interpellantur, ſed in procuratore actoris vel negotiorum geſtore, quorum etiam unica ſufficit denuntiatio. *l. ſi quis ſolutioni. §. mora. ff. de uſuris.* quo loci ſcribit. Paul. morã ſemper

per videri factam ſive ipſi, ſive ei cui mandaverat, ſive ei qui negotia ejus gerebat, mora facta ſit. *l. ſi quis inficiatus. & ibi Bartol. ff. depoſit. gloſſ. in l. ſi ſervum. §. nunc videamus. ff. de Verbor. Obligat.* Porrò quæ dicta ſunt, certis tamen caſibus non militant, ut paſſim noſtri referunt in *dict. l. vinum ac in l. ſi ex legati cauſa.*
37 Primus eſt, ut cùm res ipſa officio judicis non actionis jure petitur. *l. Cùm poſtulaſſem. ff. de dam. infect.* Nam quæ jure actionis peti non poſſunt, ſed officio judicis, niſi in judicio poſtulentur, vel lis conteſtata ſit, neminem in mora conſtituunt. *Bartol. in l. ubi §. is autem. ff. de eden. Iaſ. in l. vinum. ff. ſi cert. petat.* Veluti in fideicommiſſaria hæreditate adeunda, quæ ſola interpellatione extrajudiciali fruſtra poſtulatur ſed officio judicis: cùm ante aditam nullius

nullius rei hæres ſit debitor. *Vlpian. in l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad S. C. Treb. gloſ. in l. Et ſi ſine ſcriptura. C. eo. gloſ. in l. reſtituta. ff. eo. Bart. in l. ſi legatus, & in l. non eſt cogendus. ac l. quia poterat. eo. titul.* Sed cum officio judicis mercenario ſubvenitur, tunc enim ſola interpellatio, non parvam authoritatem negotio dilationis præſtat. *Jaſon. in d. l. vinum. & l. ſi ex legati cauſa. ſecutus Cynum in l. unic. C. de ali. judi. mu. cau. fac.* Idẽ in dotis collatione ſan- 39
citũ eſt, quæ licet officio judicis fiat, facilè tamen filia ex interpellatione in mora conſtituitur, ut ſentit *Phil. Dec. in l. vinum. ductus reſponſo Pap. in l. fili. §. ult. ff. de colla. doti.* quo tamẽ (niſi me animus fallit) nulla extrajudicialis interpellatio facta conſtare poterat. Probabilius n. exiſtima- 40
rem ſolius moræ ſingularis, cauſam tra-

tractari: quæ, ut jam diximus, nulla interpellatione, ſed ex re ipſa contrahitur. Nam cùm *in* §. *ultim.* filia ſoluto matrimonio ſuccedens conferre dotem debuiſſet, mora collationi fecit: itaque viri boni arbitratu uſuras dotis conferre debebat, cum ſe bonis patrisfamiliâs immiſcuiſſet: quod ſanè manifeſtiſſimum eſt moræ ſingularis argumentum, ut innuere viſus eſt *Accu. in dict.* §. *ultim. ex*
41 *verbo, fructus.* Alter adfertur caſus *Sali. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact.* quo etiam privata interpellatio debitorem in mora nõ conſtituit: verbi gratia, cùm creditor rem debitam recuſans accipere, in mora fuit: tunc enim neceſſaria eſt litis conteſtatio, ut à debitore mora committatur. *l. ſed & ſi alia. ff. de conſtit. pecun.* Sed minuenda eſt hæc ſententia, ut ferè omnes putant *in l. ſi inſulam.* & *l.*

qui

qui Romæ. §. *cohæredes. Alciat. in l. vinum.* Moventur inevitabili text. *in l. Celſus.* §. *ultim.* & *l. ſeq. ff. de recept. arbit.* verba autem Ulpian. & Paul. hæc ſunt, Idem, ait, nihil aliud eſſe ſententiæ ſtare poſſe, quàm id agere, quantum in ipſo ſit, ut arbitri pareatur ſententiæ. Idem Celſus ait, ſi arbiter me tibi certa die pecuniam dare juſſerit, tu accipere noluiſti: poſſe defendi ipſo jure, pœnam non committi: ſed ſi poſtea ille paratus ſit accipere, non impunè me non daturum. Sed qui Sal. tuentur, nihil putant ad rem facere quæ ab Ulpi. & Paul. ſcripta ſunt. Deciſionis verò rationem reddunt, quia diei & pœnæ adjectio, adverſarium debitorẽ facilè in mora conſtituebant, nec jam obſtare poterat actoris præcedens mora. Quorum ego ſententiam nihil *Alex. in dict. l. ſi inſulam.* cæteris- 42

teriſque juris profeſſoribus refragari ſemper credidi, cùm maximè vulgò à noſtris receptum ſit, ultimam moram ſemper nocere. *l. Illud. ff. de peri. & com. rei vendi. l. ſi ſervum. §. ultim. ff. de Verborum Obligat.* Mi-
43 ror denique *Jaſon. in d. l. vinum. & l. ſi ex legati cauſa.* nihil veritum *Sali.* ſenſum amplecti eundemque maniſeſtiſſimo (ſi diis placet) Juriſconſulti reſponſo fulcire in *l. ſi & per emptorem. §. ultim. ff. de action. empt.* quam ego legem nihil exiſtimo in communẽ, & jam ab omnibus receptam ſententiam pugnare: ſed eandem propoſito reſponſo rectiſſimè defendi. Admonet igitur Jabolenus re vendita pacto legis commiſſoriæ, venditore ſemel in mora conſtituto, ſi pretium dare differat emptor, venditorem uti poſſe adverſus eum lege ſua. Plurimum ergo vel emptoris,

ris, vel venditoris poſterior mora nocebit, niſi quid in ea re venditor dolo malo fecerit. Addunt præterea noſtri ex interpellatione non contrahi moram, veluti ſi debitor prius moram contraxerit, ac poſtea extra judicium interpellatus probetur, hoc enim caſu rectè putant, moram facilè purgari. *l. Æmilius largianus. ff. de mino. 25. ann.*

Ego ut breviter rem ſatis adhæc 44
uſq; tempora obvolutam manifeſti⁹ ob oculos explicem, ſemper exiſtimavi falſam omnino *Iaſ.* & reliquorum interpretationẽ, nec quod illi vulgò aſſeverant Pauli reſponſo in *d. l. Æmilius*, probabiliter defendi. Primum igitur omnium ſciendum eſt, ea elegantiſſima lege ſolùm tractari, minor. 25. annis reſtituendum, re ſemel vendita pacto legis commiſſoriæ, cùm venditor poſt diem con-

conſtitutum, minorem patri ſuccendentem interpellat, pretium rei venditæ exigens. Nam ex denuntiatione filio facta, à lege commiſſoria planè diſceſſum fuit. *l. commiſſoriæ. C. de pact. inter emt. & vendi.* qua quidem pręcedens debiti dilatio ſequenti interpellatione diluta eſt. Sed recens & nova denuntiatio facile potuit debitorem in mora conſtituere, niſi obſtitiſſet venditori ætatis beneficium. Nec enim negandum eſt, altera interpellatione moram fuiſſe commiſſam: quæ niſi cõtracta probaretur, inutilis eſſet re alteri vendita reſtitutio in integrũ.

45 Poſtremo nec prætermittendum erit, ex interpellatione non contrahi moram, ut cùm difficultas præſtationis debitorem excuſat. Quemadmodum ſi id quod te mihi dare oportebat, perierit, nec per te factum ſit,

ſit, quominus id mihi dares, meum fore detrimentum conſtat, re igitur è medio ſublata nihil ſanè proderit interpellatio extra judicium. *Paul. in l. cum filiusfamiliâs. §. ultim. ff. de Verb. Oblig.* Si (inquit) promiſſor hominis ante diem in quem promiſerat, interpellatus ſit: & ſervus deceſſerit, non videtur per eum ſtetiſſe: idem ſcribit *in l. 4. ff. qui ſatisd. 1. cogan. Ulpian. in l. qui autem. §. 1. ff. de conſtit. pecu. l. venditor. 2. ff. de hæret. vel act. vend. l. is qui ex ſtipulatu. ff. de act. & oblig.* Hujus autem rei aper- 46
tiſſima à noſtris adfertur ratio. Nam cùm id prçſtari non poteſt quod debetur, tunc res ipſa ad eum caſum pervenit: à quo initium accipere nullo modo poteſt. *Paul. in l. pluribus. §. 1. Ulpia. in l. ſi homo mortuus. ff. de Verb. Oblig.* Nec enim caſus for- 47
tuitus culpæ debitoris abſcribendus

 eſt.

eſt. *l.cum duobus.§.damna.ff.pro ſoc.* nam quæ fortuitis caſibus accidunt, cùm prævideri non poſſint, nullo bonæ fidei judicio præſtantur. *l.quæ fortuitis. & l.pignus.C.de pign.action.* Sed quæ diximus, non militant, quoties mora debitoris jam commiſſa probaretur, tunc enim ſpecie perempta adhuc obnoxius eſſet debitor. *l. quod te.ff.ſi cer.pet.l ſi ſervum.§.effectus.ff. de Verb. Obligat. l. cum res.§.ult.ff.de leg.1.l.nemo.§.ulti. ff.de Verb.Oblig.*

49 Id enim debitoris mora operatur, ut jus obligationis perpetuum, aſſiduumque efficiat. *Paul.in d.l.ſi ſervum.§.ſequitur.* Veteres (inquit) conſtituerunt, quoties culpa intervenit debitoris, perpetuari obligationem. Idem ſcribit *in l.ſi quis ſolutioni.§.item cùm procurator.ff. de uſur.* Quod idipſum verum eſt etiã cùm

ſub

ſub conditione, vel in diem res de-
bita dolo promiſſoris ante moram
periit, tunc autem æquiſſimum eſt
periculum debitoris eſſe, *Paul.in l.ſi
eum.§.1.ff.ſi quis cau.Papinia.in l.ſi fi-
dejuſſor.ff.de dol.mal.* Si (inquit) fide-
juſſor promiſſum animal ante morã
occiderit, de dolo actionem reddi
adverſus eum oportere Neratius
Priſcus, & Julianus reſponderunt.
Hactenus docuiſſe ſufficiat quem- 50
admodum ſola extra judicium in-
terpellatio in mora debitoré conſti-
tuere poſſit. Nunc de ea quæ diei
lapſu contrahitur perſtringamus.
Dies vel expreſſa eſt vel tacita. Pri- 51
mùm de expreſſa attingendum eſt. 52
Scire igitur debemus, quoties con-
tractibus dies adjecta eſt, moram ſi-
ne dubio committi, die ſolutionis
præterita. *l.magnam. C.de cont.ſtipul.
l.trajectitiæ.§.de illo.ff.de act. & oblig.*

c.potuit,extr.de loca. & condu. c. licet Canon.de elect. lib.6. Nec id mirum videri poteſt: cùm debitor ea quæ promiſit in memoria ſua ſervare nō ab aliis ſibi manifeſtari poſcere debuerit. *d.l.magnam.ad fin.* Hæc verò
53 quæ diei lapſu nulla prorſus hominis interpellatione admittitur, ignorantibus ſæpe nocet: quemadmodum ſi ad diem ſub pœna pecunia promiſſa ſit, & ante diem moriatur promiſſor, committetur pœna, licet non ſit hæreditas eius adita, vel ab hærede inſcio agnita *l. ad diem.ff. de Verb. Oblig.* Sic ab ea quæ hominis
54 interpellatione contrahitur non parum differt, ea enim nūquam commiſſa dici poteſt, niſi acceſſerit de-
55 nuntiatio. *d.l.mora ff.de uſur.* Addendum erit præterea, non modò diem vicem interpellantis retinere, vt cùm præterita eſt, ſed cùm ea etiā non-

nondum elapſa certũ eſt, conſtituto tempore promiſſa non poſſe præſtari. *l. cùm ſtipulatus ſim ô Procule. ff. de Verb. Oblig. ex verbis.* Nam ſi tunc diem ſtipulator protulit, cùm jam opus ante Calendas Junias effici nõ poterat, puto pœnam eſſe commiſſam. Nec omittendum exiſtimo, 56
idem juris eſſe: quoties vel à judice, vel à teſtatore, dies ſolutionis adjecta proponitur, utroque enim caſu, nulla etiam denuntiatione moram contrahi fatendum eſt. *l. Celſus. ff. de recep. arb. l. 1. ff. de pœn. leg.* Sed quæ 57
diximus non ſemper militant, ut noſtri paſſim arbitrantur. Primum, veluti cùm alteri⁹ præjudicium, aut non leve incommodum tractatur. *l. 1. §. licet. ff. de peri. & commo. rei vendit. Iaſon. in d. l. ſi ex legati cauſa. ff. de Verb. Oblig.* Ego cum Jaſon. cæteriſque hujus farinæ doctoribus nũs- 58
quam

quam ſentiendum ſum arbitratus. Nec enim quisquam ſatis tutò affirmabit. Ulpian. eo §. licet nullius dilationis meminiſſe, cum certiſſimum ſit moram illic præterita die
59 commiſſam. Docet igitur Juriſconſultus, eo reſponſo licere venditori vinum effundere, prius tamen emptori denuntiatione facta, ut aut vinum tollat, aut ſciat futurũ proximè effundi. Itaque ſi dicamus moram non præceſſiſſe; obſtabit quod initio. §. dictum eſt, cùm ait, licere venditori vel effundere vinum, ſi diem ad metiendum præſtituit, nec intra diem ad menſum eſt. Quod verò Juriſconſultus refert licere venditori effundere vinum, priùs teſtato facta denuntiatione, nihil obſtat, quominus verum, ſit, jam elapſa die, moram fuiſſe commiſſam. Plerunq; enim ex humanitate denuntiatio-

ne

ne utimur,nec ſtatim effundi debu-
it vinum, quia modicum temporis
juſta ratione debitoribus condo-
nandum eſt his etiam qui moram
commiſerunt. *l. Etſi poſt tres. ff. ſi*
quis cauti gloſſ. in ca.potuit. ex verbo
(niſi celeri)de lo[illegible]cond.Præter- 60
ea,nec omittendum erit, aliquando
diem,morã non inducere,vt cùm ea
adjicitur gratia tollendæ non diffe-
rendæ obligationis.*l.emptorem.§.de-*
nique.ff.de actio.empt.& vend. verba
*hæc ſunt.*Ulpian.denique apud Mu-
tium lib.10.Julia.ait: Si quis ea con-
ditione ſervum vendiderit, ut intra
triginta dies duplam promitteret:
poſteà verò ne quid præſtaretur &
emptor hoc fieri intra diem non de-
ſideravit:ita demum non teneri vẽ-
ditorem, ſi ignorãs alienũ vendidit.
Tunc enim hoc fieri ut per ipſum &
per hæredem ejus emptorẽ habere

 licere

licere, *gloſ. ab omnibus receptiſſima in ca. 1. an ille qui inter fra. do. feud. a mit. in uſibus feudorum*. Sed quod dicimus tolli obligationem, non ipſo jure ſed ope exceptionis accipiendũ eſt, veluti ſi quis ſtipulatus fuerit, decem quo ad vivam ſpondes? confeſtim decem dari rectè petit: ſed hæres ejus exceptione pacti conventi ſummovendus eſt. Julianus *in l. eum qui ita. §. qui ita ſtipulatur decem. ff. de Verb. Oblig.* Nam tempus non eſt modus omnino ſubvertendæ vel inducendæ obligationis. *l. obligationum fere. §. placet. ff. de action. & oblig.*

61

62

Subnectunt adhuc noſtri, diem nihil prodeſſe, veluti cùm creditor ac debitor unius fori, vel judicii non ſunt. *gloſ. in l. item illa. ex verbo, non venit. ff. de conſtit. pecu* quam gloſ. Bart. ac ferè omnes veram prædicet, latius

latius tamen diſtinguunt, ſecuti Gulielmum vetuſtiſſimum interpretrem quorum vel diſtinctio, vel ſententia placere nusquam potuit. Nam quis quæſo noſtris ſuaſit, non parum intereſſe, an unius fori vel diverſi ſint contrahentes? Quis *Accur. Bart. Guliel. Jaſ.* cæteriſque legũ profeſſoribus lege, aut ratione facilè hoc comprobari poſſe ſignificavit? Nihil eſt certè, nihil eſt, quòd illorum vereamur improbare judicium, cùm legum præceptionibus ſæpe moneantur debitores ubique gentium, ſpontanea (ut ille ait) voluntate ſeſe offerre. *l. 2. C. de jur. emphyt.* Quod in operarum præſtatione veriſſimum Paul. egregio ſanè reſponſo perſcripſit *l. quòd niſi.* §. *ex provincia. ff. de ope. liber.* idem in cõditionibus implendis credendum eſt. *l. tales.* §. *Priſcus. ff. de conditio.* &

 de-

demon. Et generaliter in cæteris juris articulis ſic ſentiendum putarem, quia unusquiſque quod ſpopondit ſuo impendio dare debet, quandiu id quod debet in rerum natura eſt *d.l.& niſi.* Interdum contrahitur etiam mora ex die tacita, quæ factis ineſt, ut ſi quis aliquid fieri, vel certo loco dari ſtipulatus ſit diem tacitè contractui ineſſe indubium eſt: ut jam diximus *ex l. interdum ff. de Verb. Oblig. l. ſi cùm dies. §. ultim. ff. de recep. arbit. l. 1. ff. de pœn. leg. l. continuus. §. item qui inſulam. ff. de Verb. Oblig. gloſ. in l. ſi mora. ff. ſol.*
65 *ma. & ibi Iaſ. gloſ. in l. ſi duo. §. ultim. ff. de conſtit. pec.* Sed plurimum differre diem expreſſum à tacita ſciendum eſt: veluti cùm utraque prætenita fingitur. Expreſſa enim conjuncta pœnæ, ut noſtri exiſtimant, purgari non poteſt. d. l. magnam. Tacita

ta verò usque ad litis conteſtationē. *l. ſi inſulam. ff. de Verb. Oblig.* Sed de 66
his latiùs ſuo loco. Sequens articulus ſupereſt vt quemadmodum mora in judicio committatur, perſtringamus. Plerique duobus contrahi putant citatione, ac litis conteſtatione. Primùm citatione induci arbi- 67
trantur *ex l. nemo. § ultim. ff. de Verb. Obligat.* cùm ſcribit Ulpian. Et hic moram videtur feciſſe, qui litigare maluit quàm reſtituere. Quæ verba, etſi controverſiæ, vel litis meminerint, non tamen neceſſariò probant, ſola citatione moram interveniſſe, potuit enim eo *§. ult.* præcedere debiti interpellatio. Falſiſſimum igitur ſemper exiſtimavi, ſola citatione contrahi moram, nam libellus judici, non adverſario porrigitur. *Bartol. in d. l. denuntiaſſe. ff. de adult.* Sed 68
verius eſt, litis conteſtatione morā

Digitized by Google

in judicio committi, quamvis hoc frequens vel aſſiduum non ſit. Vix enim ad judicium pervenitur, niſi præcedente prius extrajudiciali interpellatione. *l. in fideicommiß. ff. de uſur.* verba Papinia. hæc ſunt: Quod decretum ita accipi oportet, ſi ante judicis ſententiam mora non intervenit: tametſi non facilè evenire poſſit, ut mora non præcedente perveniatur ad judicem. Qui ergo in jus vocantur, ſæpe extra judicium moneri ſolent humanæ conſuetudinis conſervandæ cauſa. *l. quidam Hiberus. ff. de ſerv. urb. præd. c. novit. extr. de judic.*

CA-

CAPVT. III.

Qui ſint moræ effectus.

SUMMARIA.

69. *In bonæ fidei contractibus ex mora uſuræ debentur.*

70. *Vſuræ illæ non ut lucrum, ſed propter moram non ſolventis petuntur.*

71. *In fructibus ſemper reditus præſtatur, licet mora contracta non ſit.*

72. *In ſtricti juris contractibus non niſi lite conteſtata uſuræ debentur.*

73. *Id quod intereſt ex mora petitur, cum de ſtipulatione quæ facti eſt, quæritur.*

74. *Secundus effectus moræ eſt æſtimatio quanti plurimi vel minoris.*

75.76.77 *Quod non ſemper procedit.*

78.79. *Rei æſtimatio quando accedit ex die contractus.*

80. *Quid juris in ſtrictis conventionibus?*

81.82. *Quomodo vocabulum* petitum *accipiatur in l.vinũ. d.reb.credit.*

83. *Æſtimatio in bonæ fidei judiciis cedit non modo ex mora, ſed ad tempus rei judicatæ, in ſtrictis ex lite cõteſtata currit.*

84. *Tertius effectus moræ reſultat poſt rem peremptum*

85. *Duo*

85. *Duo ſunt genera debitorum, unum eſt quod in obligatione quantitatis vel generis alterum quod in ſpecie conſiſtit.*

86. *Quis generis dicatur debitor?*

87. *Quis ſpeciei debitor nominetur?*

88. 89 90. 91. 92. 93. *Quid juris in utroque?*

94. Conciliatur *l. 1. §. ſi rem depoſitam ff. depoſit. cum l. venditor 2. verſ. ſed hoc in re ſingulari. d. hæred. vel act. vend.*

95. *Quid ſi alternativè res debeantur?*

96. *Quid ſi ſub conditione ſpecies debea-*

Digitized by Google

deatur, & ante moram dolo debitoris interierit.

97.98.99. *In contractibus innominatis cujus detrimento rei interitus cedat?*

100.101.102.103. *Quid ſi res eodem modo peritura fuiſſet apud creditorem.*

104.105.106. *Quartus effectus moræ in difficultate præſtationis rei conſideratur.*

107.108.109. *An in debitore quãtitatis difficultas impediat moram?*

110.111. *Quintus effectus moræ eſt quod ex ea fructus legatorum debeantur.*

112.113.114. *Sextus effectus eſt in legatis.*

Satis,

Digitized by Google

SAtis, ut opinor, expoſitum fuit quam breviſſimè potuimus, quẽadmodum mora contrahi poſſet, nunc illius effectus jam cauſa cognita, aggrediamur. Varii ac multiplices ſunt moræ effectus, quos omnes vel magna ex parte referre tentarẽ, niſi tædioſum ſatis, & pleriſque moleſtiſſimum eſſet. Nos ſolummodò ſelectiſſimos atque conjunctos, ut res poſtulabit, perſcribemus: ut inquit Hermoge. *in l. 2. ff. de ſtat. homi.*

Primus igitur moræ effectus eſt, ut in bonæ fidei contractibus ex 69
mora uſuræ debeantur: ſed in ſtricti juris conventionibus, non niſi lite conteſtata acceſſiones peti poſſint. Primùm diſſeramus quæ ad bonæ fidei contractus attinent. In his n. mora vſurarum petitionem operatur. *l. Mora. §. in bonæ fidei ff. de uſur.* ut ſi venditori emptor in pretio ſolvendo

Digitized by Google

vendo moram fecerit, uſuras duntaxat præſtabit. *l. ultim. ff. de peric. & comm. rei vendi. Bartol. in l. Lucius, & in l. Publia. §. 1. ff. depoſi.* Idem ſentiendum in actione ex teſtamento, quæ bonæ fidei actionis ſpeciem retinet. Paul. *in l. ſi quis ſervo. ff. de legat. 2.* ex verbis. Sed hoc iniquum eſt: in hujusmodi enim perſona utriuſque, quodammodo dies ceſſit & libertatis & pecuniæ petendæ, adcò ut putem ſi mora fiat præſtandæ libertati, etiam fideicommiſſo moram videri factam, & uſurarum onus accedere. Ulpian. *in l. 1. §. belliſſimè ff. ut leg. no. cave.* idem in *l. ſi cui legatum. ff. de condit. & demonſt. l. Paulus reſpondit. ff. de uſur.*

70 Hujusmodi autem uſuræ hodie ut lucrum exigi non poſſunt, ſed ex mora ejus quod intereſt nomine, petuntur, uſuræ enim non propter

lucrum

lucrum petentium, ſed propter moram non ſolventium infliguntur. *Paul. in l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de uſur. gl. & ibi latiſſimè noſtri in l. cunctos populos. C. de ſumm. Tri. & fid. ca. gloſ. in c. conqueſtus extra de uſur.* In fructibus verò, ſive mora contracta ſit, ſive nulla præceſſerit, ſemper reditus omnimodo deberi æquiſſimum eſt. Paul. *in l. videamus 2. §. ex cauſa. ff. de uſuris. l. fructus. C. de action. empt. l quæſitum. ff. de acquir. rer. do. l. Herennius. 1. ff. de uſur.* Hæc quæ jam diximus nullo modo in ſtricti juris contractibus procedunt: in his enim non niſi lite conteſtata uſuræ, vel etiam, fructus peti poſſunt. Ulpian. *in l. vulgò receptum eſt. ff. de uſur. l. ſi filius. §. ult. ff. de Verbor. Oblig. d. l. videamus. §. ſi actionem. ff. de uſur.* Sed id quod intereſt plerunque ex mora petitur, cùm de ſtipu-

ſtipulatione quæ facti eſt, quæri ſolet, ut ſi prædium præſtari ſtipuler, ſi non præſtetur, agam contra te ad id quod intereſt mea moram non factam eſſe. *l ſi fur. dum. ff. de Verbor. Oblig. l. ſi quis ab alio. §. ultim ff. de re judic.*

Secundus effectus eſt, Nam æſtimatio quanti plurimi vel quãti minoris res fuit, referenda eſt ad tempus moræ. Veluti ſi centum cados olei vendiderim Calendis Auguſti, quo tempore oleum 10. vendebatur, poſtea te in mora conſtituto, excrevit, vel decrevit pretium, tunc n. omnem rei venditæ æſtimationem ex mora metiemur: ut ſi per venditorem vini mora fuerit quominus traderetur, condemnari eum oportet, utro tempore pluris vinum fuit, vel quo venit, vel quo lis in condemnationem deducitur: ſed ſi per em-

Digitized by Google

emptorem mora facta ſit, æſtimari oportet pretium quod ſit cum agatur & quo loco minoris ſit. Pompon. *in l. ratio. §. ultim. ff. de action. empt. & vendit.* Ulpian. *in l. in hac ad fin. ff. de condi. triti.* Idem in contractibus ſtricti juris ſentiendum eſt, quibus dies adjicitur. Celſus *in l. ſi Calendis. ff. de re judicat.* Si, inquit, ſtipulatus ſim Calendis aliquid fieri, nempe quandocunque poſt Calendas accepto judicio, tanti æſtimãda lis eſt, quanti interfuit mea Calendis id fieri. Ex eo enim tempore quodque æſtimatur quo noviſſimè ſolvi potuit. Quod tamen certis 75
caſibus minimè verum eſt. Veluti cum bonitas intrinſeca, non autem ea quæ extra rem eſt exigitur; quam quidem ex contractu, non poſt moram currere certum eſt. Pompon. *in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet.* Hinc noſtri 76
colli-

colligunt idem in mutua pecunia credendum, ut ſi decem aureos à Sempronio conflaverim eo tempore quo aureus 45. aſſibus conſtabat, deinde poſt annum Regis decreto aucta fuerit ſolidi æſtimatio ad qnquaginta aſſes. Cum enim id extrinſecus accidat nihil mihi ante morã imputandum erit, ut cum vel intenditur valor vel imminuitur, itaque facilè liberabor ſolvendo eodem pondere vel numero. Nam bonitas ea quę extrinſecus accidit advertenda non eſt, niſi poſt moram excreverit vel decreverit æſtimatio. *dict. l. quod te. Bartol. in l. cum certum. ff. de aur. & arg. leg. idem in d. l. cum quid. & ibi paſſim interpretes. Bald. in l. acceptam. C. de uſuris & in l. illud. C. de S. Sanct. Eccleſ. Oldr. conſil. 31. & conſil. 13. ac conſil. 248. Ludo. Roma. con-*
77 *ſil. 123.* Sed cùm pecuniæ bonitas inte-

interior imminuta proponitur, tunc ejus æſtimationis reddi debet, quæ tempore contractus fuit. *cap. olim. & c. cum canonicis de cenſib. argum. l. uxorem. §. teſtamento. ff. de leg. 3. l. Aurelius. §. 1. ff. de lib. leg. Paul. Caſtr. in d. l. cum quid num. 5.* Itaque nihil moratori aſcribendum erit, niſi poſt moram currat æſtimatio ejus bonitatis quæ extrinſecus venit: illius verò quę interior eſt omni tempore habebitur ratio, contractus videlicet celebrati. Adde ſuperioribus, rei æſtimationem etiam accedere ex die contractus: ut cùm ea jure actionis petitur, veluti ſi principaliter ex obligatione ad id contracta æſtimatio debeatur. *leg. fundum Cornelianum. ff. de novatio.* ex verbis, deniq; meliore vel deteriore facto ſine culpa debitoris poſtea fundo, præſens æſtimatio fundo petito 78

petito rectè conſideratur: in altera verò ea æſtimatio venit, quæ ſecundæ ſtipulationis tempore fuit, vnde ſi hominem certum pro te dari fidejuſſi & ſolvi, cùm mandati agatur æſtimatio ejus, ad id potius tempus quo ſolutus ſit non quo agatur referri debet, inquit Aphri. *in l. hominem. ff. manda.* Sin autem æſtimatio
79 officio judicis præſtanda ſit, tempus petitionis ſive tempus moræ inſpicietur. *d. l. in hac actione. ff. de condit.*
80 *triticar.* In contractibus autem ſtricti juris, æſtimatio non ex mora, ſed ex lite conteſtata debetur. Jul. *in l. vinum. ff. ſi cer. pet.* Tametſi *Bartol. Paul. Caſtr.* ac ferè omnes vulgò opinentur, moram ſola extra judiciũ interpellatione illic commiſſam, nõ
81 ex lite conteſtata. Sed ego didici petitionem eo loci referendam, poſtquam acceptum eſt judicium, ut e-

leg in-

leganter *Suſa. Areti. Philip. Decius. Purpura. Alciat in d.l. vinum* cenſuerunt, quorum receptiſſima ſanè ſententia fomentatur eo ipſo. Julian reſponſo cùm inquit: Vinum quod mutuum datumerat per judicem petitum eſt. Quid enim aliud ſibi 82
volunt verba hæc, per judicem petitum eſt, niſi jam cœptum judicem litemque conteſtatam? Paul. *in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab.* Cicer. pro Roſcio comœd. Pecunia (inquit) tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per judicem. Idem ſcribit. Caj. *in l. ultim. ff. de condit. triti.* Paul. *in l. cùm fundus. ff. ſi cert. peta.* Cùm (inquit) fundus, vel homo per condictionem petitus eſſet, puto hoc nos jure uti ut poſt judicium acceptum cauſa omnis reſtituenda ſit, id eſt omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtatæ tempore ſo-

 lutus

Digitized by Google

83 lutus fuiſſet. Hæc igitur erit receptiſſima legis vinum interpretatio, ut bonæ fidei contractus, à ſtricti juris conventionibus ſic differant, & ſecernantur. Nam æſtimatio in bonæ fidei judiciis cedit nō modò ex mora, ſed ad tempus rei judicatæ. *l.3. §. in hac. ff. commo. l. datio. §. ſi per venditorem. ff. de acti. emp.* In contractibus autem ſtricti juris ex lite conteſtata æſtimatio currit. *d. l. cùm fundus. & l.3. §. in hac.*

84 Tertius effectus eſt, ut ſi res pereat poſt moram, tunc totius rei detrimentum debitoris ſit. Sed ſi ante quàm mora committeretur, res intercíderit, creditoris non alterius ſit periculum. Exceptis tamen aliquot caſibus, quos ſuos loco ordine ſubjiciemus. Sed quod ad inſtitutū negotii hujus pertinet, ſciendum eſt primùm, duo eſſe debitorū genera,

unum

unum eſt quod in obligatione quã-
titatis vel generis verſatur. Alterum 85
verò in ſpecie conſiſtit, ut cùm vel
individuum, vel corpus ſingulare
debetur. Generis autem debitor is 86
dicitur, ſi Jus Civile ſpectemus, qui
vel eam rem dare debet, quę functi-
onem recipit, quæ communicabilis
eſt, quæ pondere, numero, vel men-
ſura continetur. Paul. *in l. 2. ff. de reb.
cred. ſi cer. pe.* Sic quantitatis debitor
generis eſt etiam, tametſi *Accurſ.*
hæc tanquam diſſimilia & diverſa
ſeparet *in d. l. quod re.* Item generis
debitoris nõ incongruè dici poteſt,
qui illius rei gratia obnoxius eſt, quę
prædicatur de pluribus differenti-
bus ſpecie, veluti ſi animal debeas,
vel id etiam præſtare quod à Diale-
cticis ſpecies, à Juriſconſ. verò genus
appellatur. Ulpian. *in l. legato genera-
liter. ff. de legat. 1.* Debitor autem 87

ſpeciei, quod ad inſtitutum pertinet, is eſt qui rem certam vel, ut jam diximus, individuum debet, ut Stichum, Sempronium, fundum Tuſculanum. *d. l. legato generaliter. §. ſi de certo. ff. de leg. 1. l. certum. ff. ſi certum peta.*

88 Nunc igitur, ut unde digreſſi ſumus, eò revertatur oratio, ſi de debitore generis loquamur, cùm res, vel quantitas, vel quod generis loco eſt, poſt moram, vel ante, pereat, detrimentum debitoris fiet, non alterius: ut ſi mutuos 20. aureos dederim, vel vini amphoras 10. periculum totius rei debitorem ſequetur: vulgò enim dicimus, genus perire non poteſt. *l. incendiũ. C. ſi cer. l. ſi pet. bonis. C. de ju. deli. l. in ratione. §. in-*

89 *certè. ff. ad leg. Falcid.* Sed hoc verum non eſt, cùm genus, contemplatione ſpeciei, debetur etiam ex contractu.

ctu. *l. in nave ſaupheli. ff. loca. & conduct.* vel cùm ex legato tenetur. *l. Titiæ textores. §. ultim. ff. de leg. 1. l. quidam. §. ſi tibi. ff. eo ti.* idem ſi certum pecuniæ corpus debeatur. *l. ſi certos numos ff. de Verb. Oblig. l. ſed ſi certos. ff. de leg. 1.* Quod idem verum eſt, ſi 90
eam pecuniam vel quantitatem accipere recuſaverit creditor, offerente debitore, *l. qui decem. ff. de ſoluti. l. nulli. C. de error. mili. ann. libr. 11.* Sed ſi de ſpeciei debitore loquamur, ſciendum eſt poſt moram re è 91
medio ſublata detrimentum debitoris eſſe non creditoris. *d. l. ſi ex legati cauſa. & l. quod te. l. cùm res. §. ultim. ff. de leg. 1. l. ſi filio. §. ſi poſt. ff. ſolu. matr.* Facilis autem hujus rei ratio reddi poteſt: Nam quoties poſt moram res perit, fingitur adhuc in rerũ 92
natura eſſe. Ulpian. *in l. ultim. ff. de Verb. Oblig.* Si (inquit) poſt moram

promiſſoris homo deceſſerit, tenetur nihilominus perinde ac ſi homo viveret. Mora enim perpetuum jus obligationis reddit. *l. ſi ſervum. §. ſequitur. ff. eo.* Sed ſi ante mo-
93 ram ſpecies è medio ſublata ſit, liberabitur omnino debitor. *l. cùm filius. §. ſi promiſſor. ff. de Verbor. Obligat. l. cùm ita. §. ſpecies. ff. de leg. 2. l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſ. cog. l. fidejuſſor. ff. de dol.* Idem egregiè ſcribit Paul. *in l. venditor. 2. verſic. Sed hoc in re ſingulari. ff. de hæred. vel action. vendi.* verba Juriſconſulti hæc ſunt: Nam ſi eundem hominem tibi vendidero, & necdum tradito eo, alii quoque vendidero, pretiumq́ue accepero, mortuo eo videamus ne nihil tibi debeam ex empto, quoniam moram in tradendo non feci, &c. Huic tamen Paul. reſponſo graviter pugnat. *l. 1. §. ſi rem depoſitam. ff. depoſit.*

poſit. quo loci Ulp. ſcribit depoſitarium rem depoſitam vendenten ante moram re perempta omnimodo teneri, etſi rem depoſitam redemerit. Sed hæc jura nihil penitus pugnare facilè oſtendi poteſt. Nam primùm Paul. *in l. venditor*, non temerè cenſuit venditorem rei ſingularis non obligari, cùm ea res periit: quia qui rem priùs diſtraxerat, re nondũ tradita poterat alteri vẽdere ante morã: cùm rei etiam venditæ dominus remanſiſſet. Itaque nulla fraudis vel doli ſuſpicio venditori obſtabat. Sed in cauſa depoſiti. Ulp. re perempta ſtatuit depoſitarium obnoxium eſſe ante moram: quia primùm depoſitarius rem vendiderat, & emptori tradiderat, cùm tamen rei illi' nullum prorſus dominium nactus eſſet. Unde rem alienam vendens, non carebat dolo malo. *d. l. 1. §. ſi rem* 94

depoſitam. Sufficit enim ſemel dolum commiſſum, etſi eam rem redemerit depoſitarius. nemo enim à tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſiit. Ulpian. in *l. qui ea mente. ff. de furt.* Hæc quæ in ſpeciei debi-
95 tore diximus, non militant, quoties alternativę ſpecies ipſæ deberentur, niſi unius optio facta eſſet, ut ſi Stichum aut Pamphilum utrum ego volam dare ſtipulatus ſim, altero enim mortuo, qui vivit ſolus petetur: niſi mora facta ſit in eo mortuo, quem petitor elegerit: tunc autem perinde ſolus ille qui deceſſit debetur, ac ſi ſolus in obligationem deductus fuiſſet (inquit Scævola *in l. Stichum. ff. de ſolutio.*) Julian. *in l. hujusmodi. §. Stichum. ff. de leg. 1.* Idē in mora creditoris reſcriptum eſt. *l. ſtipulatus ſum Damam. ff. de Verb.*
96 *Oblig.* Sed quid ſi ſub conditione ſpecies

ſpecies debeatur, eaq́ue ante moram dolo debitoris interierit, an ipſius detrimentum fiat, qui impleta conditione ſpeciem præſtare tenebatur? Et veriùs eſt, ad debitorem pertinere. *argum. l. ſi eum. §. 1. ff. ſi quis cauti. Paul. Caſt. in l. cùm filius. §. ult. ff. de Verb. Oblig.* quod idem cenſendum eſt in eo qui ſcibat rem brevi tempore perituram. Ulpian. *in l. ſi quis vina. ff. de peri. & com. rei ven.* deceptis enim non decipientibus jura opitulantur. Ulpian. *l. 2. §. verba itaque. ff. ad S. C. Vellejanum.*
Hinc non parum dubitant noſtri, an 97
re perempta ante moram in contractibus innominatis, detrimentum ſit debitoris an alterius: communis extat ſententia, periculum ante moram creditoris eſſe. Sic enim interpretantur. *l. 3. §. quid ſi ita dedi. ff. de con. cauſ. da. & cauſ. non ſe.* verba Ul-

 pian.

pian. hæc ſunt. Quòd ſi ita dedi, ut
intra certum tempus manumittas,
ſi nondum tempus præterierit, inhi-
benda erit repetitio, niſi pœniteat:
quòd ſi præterierit, condici poterit.
Sed ſi Stichus deceſſerit: an repeti quod
datum eſt poſſit? Proculus ait, ſi poſt
id tempus deceſſerit, quo manumit-
ti potuit: repetitionem eſſe: ſi mi-
nùs, ceſſare. Huic reſponſo ſimile
eſt illud Paul. *in l. naturalis. §. ſed ſi*
ſcyphos ff. de præſcr. verb. Si (inquit)
ſcyphos tibi dedi ut Stichum mihi
dares, periculo meo Stichus erit, ac
tu duntaxat culpam præſtare debes.
Poſt moram verò exiſtimant peri-
culum debitoris eſſe: quod facilè
colligunt *in l. ult. ff. de condi. cauſ. da.*
verſi. & ideò, ex verbis, ſi mortuus
eſt Stichus, repetere poſſum: quia
ideò tibi dedi, ut mihi Stichum da-
98 res. Quamquidem ego noſtro-
rum

rum diſtinctionem nusquam pro-
bavi, nec ſatis video, quemadmo-
dum hæc Juriſconſultorum reſpon-
ſa eam ſubauditam interpretationẽ
ſuſcipiant. Quis enim dicet in l.
ultim. illic moram debitoris ante
rei interitum præceſſiſſe? nullam
verò dilationem probari *in l. 3. §. quòd ſi ita dedi. & in l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos.* Itaque, niſi fallor, non
parũ exiſtimo interpretes recto tra-
mite allucinatos. Nec veram *Bart. Paul. Caſtren.* & reliquorum diſtin-
ctionem. Quare nihil certè proba-
bilius putarem ſemper in his legibꝰ 99
advertendum, an contractus perfe-
ctam cauſam contineat, vel non.
Primo enim caſu creditoris pericu-
lum eſſe non alterius fatendum eſt.
d. l. 3. §. quòd ſi ita dedi. & §. ſed ſi ſcy-phos, ut in emptione & venditione
reſcriptũ eſt. *l. neceſſariò. & l. ſi vẽdita*

Digitized by Google

ff.de peri.& com.rei ven. Perfectum verò contractum innominatũ putarem, quoties res data eſt, vel ex parte unius impleta conventio eſt, cùm alter nihil præter culpam præſtare debet. *d.* §.*ſed ſi ſcyphos.* Altero autem caſu, veluti, cùm contractus perfectus non eſt, ut cùm nihil fortè intervenit, vel cùm ea mente aliquid datum eſt, ut res præſtetur ſolùm, tunc periculum debitoris eſſe certum eſt. *d.l.ult.ff.de cond. cau. da.*

100 Quid autem ſi poſt moram res perierit, quæ penes actorem, peritura etiam erat, an debitoris totius rei detrimentum fiet? an alterius qui dare debebat? In hujus quæſiti deciſione noſtri graviter ſe torquent, plurimum dubitantes veriorne ſit *Joannis*, vel *Martini* ſententia. Sed *Joannem* paſſim interpretes in actionibus in perſonam ſequuntur, re-

jecta

jecta *Matini* diſtinctione. Disquirendum eſt igitur quàm breviſſimè poterimus, utra verior ſit ſententia. Qui primum exiſtimant *Joannem* rectè ſenſiſſe, nituntur ea *l. cùm filiusfamiliâs. §. ultim. ff. de Verb. Oblig.* quæ lex nihil huic negotio inſervire poteſt, ſolùm enim putat eo loci Juriſconſultus debitorem innoxium, re ante moram vel petita, vel perempta. Generalius tamen reſpondet Paul. *in l. Aphricanus. §. ipſius. ff. de leg. 1.* Ipſius quoque rei (inquit) interitum poſt moram debitor exſolvere aſtringitur, ſicut & in ſtipulatione, ſi poſt moram res interierit. Nec enim advertendum credidit. Jurisc. res an penes debitorem, vel actorem perire potuerit, ſufficit poſt moram rem periiſſe, cùm per eum quem dare oportebat factum ſit, quominus datum id fuerit. *d. l. quod*

te. & *l.cùm res.* §. *ult.ff. de leg.* 1. ſumpto contrario ſenſu, adde in delictis idem ſancitum: quo ſanè caſu nulla habita differentia periculum interitus delinquentem ſequitur. Trypho. *in l. merito. ff. de vi & vi arma.* Subtractis (inquit) mortalitate ſervis, aut pecoribus aliisve rebus caſu intercidentibus, tuum onus in eis nihilominus reſtituendis eſſe, quia ex ipſo tempore delicti pluſquam fruſtrator debitor conſtitutus es. Idem ſcribit Ulpian. *in l.* 1. §. *rectiſſimè. ff. eo* Paul. *in l. ſi filio.* §. *ſi poſt. ff. ſol. matr.* Si res (ait) dotales poſt divortium deteriores factæ ſint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omnimodo detrimentum ipſe præſtabit. Nunc expendenda eſt dictio illa, omnimodo, cujus natura eſt ut rẽ ſimpliciter pure ac diſertè explicet *l. ſi cũ excep.* §. *quaten. ff. de eo q̃ me cau.*

Ia.

Ia & alii in d.l.quod te. Sed qui *Mar.* ſequuntur, cum quo tranſeunt *Dec. Raph. Ful. Iaſ.* moventur inevitabili tex. *in l. ſi plures. §. ſive a. ff. de depec.* cujus verba hæc ſunt: Sive a. cum ipſo apud quē depoſita res eſt, actum fuerit, ſive cum hæredes ejus, & ſua natura res ante rem judicatam intercideritꝫ veluti ſi homo mortuus fuerit, Sabinus, & Caſſius abſolvi debere eum cum quo actum eſt dixerunt: quia æquum eſt, naturalē interitum ad actorem pertinere: utique cùm interitura eſſet ea res, etſi reſtituta eſſet actori. Hujus legis multiplex à noſtris adfertur diſſolutio. Quidam ut *Accurſ.* ac cæteri in *d. l. quod te,* in cauſa depoſiti ſpeciale crediderunt. Vel quod illic reus juſtam litigādi cauſam ſuſtineret, quæ tamen diſſolutiones noſtris cōmunem Joannis ſententiam ſectantibus

102 bus nuſquam ſatis placuerunt. Ego, ne tamdiu in re non parum difficili immorer, verum ſenſum illius §.*ul-tim*. hunc ſæpe ſum arbitratus, ut verba Caji Juriſconſul. initio legis conjungi primùm debeāt, quo quidem cautum eſt, ſi plures hæredes extiterint ei qui rem dividuam depoſuit, tunc depoſitarium debere majori parti hæredum quæ adivit rē reſtituere. Majorem autem partem intelligere debemus, non ex numero utique perſonarum, ſed ex magnitudine portionum. Nunc ſubſequitur §.*ſive autem.* Sive igitur cùm de re dividua loquimur, fingamus cum eo actum apud quem res eſt depoſita, vel cum ejus hærede, ab hæredibus illius qui rem depoſuerat, veluti cùm depoſitarius incertus eſt, cui prius rem depoſitam reſtituat. Si interea ante rem judica-

tam,

tam, dum inter hæredes & eum cui res eſt depoſita contenditur, res interciderit: tunc abſolvi eum debere, utiq; cùm interitura eſſet ea res, etſi reſtituta eſſet actori. In ſumma, rectè ſtatuit Cajus debitorem rei dividuę abſolvendum, non quidem eo ſolo quòd interitura eſſet ea res penes actorem, ſed quia dubitabat depoſitarius cui ex hæredibus contendentibus, majorem partem reſtitueret. Nec adhuc fortè definitum erat, uter hæredum majorem partẽ ex hæreditate referre deberet: quòd ſi minus dubitatum probaretur, vel quia ſatis tutò rem depoſitam reſtituere potuiſſet, re perempta abſolui non poſſet depoſitarius. *l. ſi in Aſia. §. ultim. ff. depoſi.* Ex verbis, periculo ejus eſt, apud quem depoſitum fuerit, ſi judicij accipiendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit.

Præ-

Digitized by Google

Præterea pro Mart. adfertur. *l. ſi cum exception. §. quòd ſi homo. ff. de eo quòd met. cauſ.* Quæ lex à noſtris ex communi ſententia ſic rectè diſſolvitur, ut illic homine interempto intra tempora judicationis, omnino inferens metum, à rei condemnatione relaxetur, quia tripli pœna propter facinus plectebatur, quamvis eo loci non conſtet, an penes actorem res peritura eſſet, quemadmodum vulgò interpretes exiſtimant. Subnectunt inſuper *l. ſi vehenda. §. ſi ea cōditione. ff. ad leg. Rho. de jact.* ſed ea licet aliquantulum urgere videatur, nihil eſt tamen hujus rei diſſolutione facilius. Nam quod ad illius legis interpretationem pertinet, ſciendum eſt, Labeonem primùm ſtatuiſſe mercibus peremptis dolo illius qui in deteriorem navem merces tranſtulerat, ex locato & conducto

cto cum priore nauta actionem dominum habere: cùm ea conditione navem conduxit, ut in ea merces portarentur. Paulus verò putavit contrarium ſentiendum, utraque ſcilicet nave perempta: cùm ſine dolo vel culpa nautarum naufragium factum probaretur, nullam actionem competere. Sed hoc ita inſtitutum eſt, quia nec dolo nec culpa merces perierant, nec quòd in mora eſſet: ſed eventu vel caſu fortuito utriusque navis naufragium intervenerat. Manifeſtiùs adhuc Joannis ſententia fulcitur elegantiſſimo Ulpi. reſponſo, *in l. ſi pecuniam. §. ſed ſi ubi accepit. ff. de condi. cau. da.* ubi ſemel commiſſa mora debitorem aſtringi opinatur: cùm verò contracta non eſt, tunc non temerè diſtinguendum, an penes creditorem res peritura eſſet, vel non *d. l. ſi pe-*

depoſitam. Sufficit enim ſemel dolum commiſſum, etſi eam rem redemerit depoſitarius. nemo enim à tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſiit. Ulpian. in *l. qui ea mente. ff. de furt.* Hæc quæ in ſpeciei debi-
95 tore diximus, non militant, quoties alternativę ſpecies ipſæ deberentur, niſi unius optio facta eſſet, ut ſi Stichum aut Pamphilum utrum ego volam dare ſtipulatus ſim, altero enim mortuo, qui vivit ſolus petetur: niſi mora facta ſit in eo mortuo, quem petitor elegerit: tunc autem perinde ſolus ille qui deceſſit debetur, ac ſi ſolus in obligationem deductus fuiſſet (inquit Scævola *in l. Stichum. ff. de ſolutio.*) Julian. *in l. hujusmodi. §. Stichum. ff. de leg. 1.* Idē in mora creditoris reſcriptum eſt. *l. ſtipülatus ſum Damam. ff. de Verb.*
96 *Oblig.* Sed quid ſi ſub conditione ſpecies

Digitized by Google

ſpecies debeatur, eáque ante moram dolo debitoris interierit, an ipſius detrimentum fiat, qui impleta conditione ſpeciem præſtare tenebatur? Et veriùs eſt, ad debitorem pertinere. *argum. l. ſi eum. §. 1. ff. ſi quis cauti. Paul. Caſt. in l. cùm filius. §. ult. ff. de Verb. Oblig.* quod idem cenſendum eſt in eo qui ſcibat rem brevi tempore perituram. Ulpian. *in l. ſi quis vina. ff. de peri. & com. rei ven.* deceptis enim non decipientibus jura opitulantur. Ulpian. *l. 2. §. verba itaque. ff. ad S. C. Vellejanum.*
Hinc non parum dubitant noſtri, an 97
re perempta ante moram in contractibus innominatis, detrimentum ſit debitoris an alterius: communis extat ſententia, periculum ante moram creditoris eſſe. Sic enim interpretantur. *l. 3. §. quid ſi ita dedi. ff. de con. cauſ. da. & cauſ. non ſe.* verba Ul-

 pian.

pian. hæc ſunt. Quòd ſi ita dedi, ut intra certum tempus manumittas, ſi nondum tempus præterierit, inhibenda erit repetitio, niſi pœniteat: quòd ſi præterierit, condici poterit. Sed ſi Stichus deceſſerit: an repeti q; datum eſt poſſit? Proculus ait, ſi poſt id temp' deceſſerit, quo manumitti potuit: repetitionem eſſe: ſi minùs, ceſſare. Huic reſponſo ſimile eſt illud Paul. *in l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. ff. de præſcr. verb.* Si (inquit) ſcyphos tibi dedi ut Stichum mihi dares, periculo meo Stichus erit, ac tu duntaxat culpam præſtare debes. Poſt moram verò exiſtimant periculum debitoris eſſe: quod facilè colligunt *in l. ult. ff. de condi. cauſ. da. verſi. & ideò*, ex verbis, ſi mortuus eſt Stichus, repetere poſſum: quia ideò tibi dedi, ut mihi Stichum da-
98 res. Quamquidem ego noſtro-

rum

rum diſtinctionem nusquam probavi, nec ſatis video, quemadmodum hæc Juriſconſultorum reſponſa eam ſubauditam interpretationẽ ſuſcipiant. Quis enim dicet in l. ultim. illic moram debitoris ante rei interitum præceſſiſſe? nullam verò dilationem probari *in l. 3. §. quòd ſi ita dedi. & in l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos.* Itaque, niſi fallor, non parũ exiſtimo interpretes recto tramite allucinatos. Nec veram *Bart. Paul. Caſtren.* & reliquorum diſtinctionem. Quare nihil certè probabilius putarem ſemper in his legib⁹ 99
advertendum, an contractus perfectam cauſam contineat, vel non. Primo enim caſu creditoris periculum eſſe non alterius fatendum eſt. *d. l. 3. §. quòd ſi ita dedi. & §. ſed ſi ſcyphos*, ut in emptione & venditione reſcriptũ eſt. *l. neceſſariò. & l. ſi vẽdita*

 ff. de

Digitized by Google

ff.de peri.& com.rei ven. Perfectum
verò contractum innominatũ pu-
tarem, quoties res data eſt, vel ex
parte unius impleta conventio eſt,
cùm alter nihil præter culpam præ-
ſtare debet. *d.* §.*ſed ſi ſcyphos.* Altero
autem caſu, veluti, cùm contractus
perfectus non eſt, ut cùm nihil for-
tè intervenit, vel cùm ea mente ali-
quid datum eſt, ut res præſtetur ſo-
lùm, tunc periculum debitoris eſſe
certum eſt. *d.l.ult.ff.de cond. cau. da.*
100 Quid autem ſi poſt moram res pe-
rierit, quæ penes actorem, peritura
etiam erat, an debitoris totius rei
detrimentum fiet? an alterius qui
dare debebat? In hujus quæſiti de-
ciſione noſtri graviter ſe torquent,
plurimum dubitantes veriorne ſit
Joannis, vel *Martini* ſententia. Sed
Joannem paſſim interpretes in acti-
onibus in perſonam ſequuntur, re-
jecta

Digitized by Google

jecta *Matini* diſtinctione. Disquirendum eſt igitur quàm breviſſimè poterimus, utra verior ſit ſententia. Qui primum exiſtimant *Joannem* rectè ſenſiſſe, nituntur ea *l. cùm filiusfamiliâs. §. ultim. ff. de Verb. Oblig.* quæ lex nihil huic negotio inſervire poteſt, ſolùm enim putat eo loci Juriſconſultus debitorem innoxium, re ante moram vel petita, vel perempta. Generalius tamen reſpondet Paul. *in l. Aphricanus. §. ipſius. ff. de leg. 1.* Ipſius quoque rei (inquit) interitum poſt moram debitor exſolvere aſtringitur, ſicut & in ſtipulatione, ſi poſt moram res interierit. Nec enim advertendum credidit Juriſc. res an penes debitorem, vel actorem perire potuerit, ſufficit poſt moram rem periiſſe, cùm per eum quem dare oportebat factum ſit, quominus datum id fuerit. *d. l. quod*

te. & *l.cùm res.* §. *ult.ff. de leg.1.* ſumpto contrario ſenſu, adde in delictis idem ſancitum: quo ſanè caſu nulla habita differentia periculum interitus delinquentem ſequitur. Trypho. *in l. merito. ff. de vi & vi arma.* Subtractis (inquit) mortalitate ſervis, aut pecoribus aliisve rebus caſu intercidentibus, tuum onus in eis nihilominus reſtituendis eſſe, quia ex ipſo tempore delicti pluſquam fruſtrator debitor conſtitutus es. Idem ſcribit Ulpian. *in l.1.* §. *rectiſſimè.ff. eo* Paul. *in l. ſi filio.* §. *ſi poſt. ff. ſol. matr.* Si res (ait) dotales poſt divortium deteriores factæ ſint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omnimodo detrimentum ipſe præſtabit. Nunc expendenda eſt dictio illa, omnimodo, cuj⁹ natura eſt, ut rē ſimpliciter purè ac diſertè explicet *l. ſi cū excep.* §. *quaten. ff. de co quod me cau.*

ia.

la & alii in d.l.quod te. Sed qui *Mar.* ſequuntur, cum quo tranſeunt *Dec. Raph. Ful. Iaſ.* moventur inevitabili tex. *in l.ſi plures. § ſive a. ff. de de pec.* cujus verba hæc ſunt: Sive a. cum ipſo apud quē depoſita res eſt, actum fuerit, ſive cum hæredes ejus, & ſua natura res ante rem judicatam interciderit, veluti ſi homo mortuus fuerit, Sabinus, & Caſſius abſolvi debere eum cum quo actum eſt dixerunt: quia æquum eſt, naturalē interitum ad actorem pertinere: utique cùm interitura eſſet ea res, etſi reſtituta eſſet actori. Hujus legis multiplex à noſtris adfertur diſſolutio. Quidam ut *Accurſ.* ac cæteri in *d. l. quod te*, in cauſa depoſiti ſpeciale crediderunt. Vel quod illic reus juſtam litigādi cauſam ſuſtineret, quæ tamen diſſolutiones noſtris cōmunem Joannis ſententiam ſectantibus

102 bus nusquam ſatis placuerunt. Ego, ne tamdiu in re non parum difficili immorer, verum ſenſum illius §. *ul-tim.* hunc ſæpe ſum arbitratus, ut verba Caji Juriſconſul. initio legis conjungi primùm debeãt, quo quidem cautum eſt, ſi plures hæredes extiterint ei qui rem dividuam depoſuit, tunc depoſitarium debere majori parti hæredum quæ adivit rẽ reſtituere. Majorem autem partem intelligere debemus, non ex numero utique perſonarum, ſed ex magnitudine portionum. Nunc ſubſequitur §. *ſive autem.* Sive igitur cùm de re dividua loquimur, fingamus cum eo actum apud quem res eſt depoſita, vel cum ejus hærede, ab hæredibus illius qui rem depoſuerat, veluti cùm depoſitarius incertus eſt, cui prius rem depoſitam reſtituat. Si interea ante rem judicatam,

Digitized by Google

tam, dum inter hæredes & eum cui res eſt depoſita contenditur, res interciderit: tunc abſolvi eum debere, utiq; cùm interitura eſſet ea res, etſi reſtituta eſſet actori. In ſumma, rectè ſtatuit Cajus debitorem rei dividuę abſolvendum, non quidem eo ſolo quòd interitura eſſet ea res penes actorem, ſed quia dubitabat depoſitarius cui ex hæredibus contendentibus, majorem partem reſtitueret. Nec adhuc fortè definitum erat, uter hæredum majorem partẽ ex hæreditate referre deberet: quòd ſi minus dubitatum probaretur, vel quia ſatis tutò rem depoſitam reſtituere potuiſſet, re perempta abſolui non poſſet depoſitarius. *l. ſi in Aſia. §. ultim. ff. depoſi.* Ex verbis, periculo ejus eſt, apud quem depoſitum fuerit, ſi judicij accipiendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit.

Præ-

cto cum priore nauta actionem dominum habere: cùm ea conditione navem conduxit, ut in ea merces portarentur. Paulus verò putavit contrarium ſentiendum, utraque ſcilicet nave perempta: cùm ſine dolo vel culpa nautarum naufragium factum probaretur, nullam actionem competere. Sed hoc ita inſtitutum eſt, quia nec dolo nec culpa merces perierant, nec quòd in mora eſſet: ſed eventu vel caſu fortuito utriuſque navis naufragium intervenerat. Manifeſtiùs adhuc Joannis ſententia fulcitur elegantiſſimo Ulpi. reſponſo, *in l. ſi pecuniam. §. ſed ſi ubi accepit. ff. de condi. cau. da.* ubi ſemel commiſſa mora debitorem aſtringi opinatur: cùm verò contracta non eſt, tunc non temerè diſtinguendum, an penes creditorem res peritura eſſet, vel non *d. l.*

ſi pe-

Digitized by Google

ſi pecuniam. verſi. enimverò ſi nihil eorum facturus erat &c.

130 Porrò quid in actionibus in rem affirmandum ſit, omnes uno ore cũ Martino ſentiunt, *ex l. item ſi verberatum. §. ultim. conjuncta l. utique. ff. de rei vendi.* Si ſervus (inquit) petitus, vel animal aliud demortuum ſit ſine dolo malo & culpa poſſeſſoris, pretium non eſſe præſtandum plerique aiunt. Sed eſt verius, ſi fortè diſtracturus erat petitor ſi accepiſſet, moram paſſo debere præſtari. nam ſi ei reſtituiſſet, diſtraxiſſet, & pretium eſſet lucratus. Quam ego receptiſſimam ab omnibus ſententiam veriſſimam eſſe prædicare non auſim, ſi is malæfidei poſſeſſor à quo res petitur, fuerit: nihil enim hoc caſu inter perſonales vel in rem actiones, ſemel commiſſa mora, intereſſe poteſt. Sed cùm de bonæfidei poſſeſ-

poſſeſſore contenditur, cùm verè in mora non ſit, ſi ſervus petitus, vel aliud animal demortuum ſit, pretiũ non eſſe præſtaudum illi qui moram paſſus eſt, Ulpian. exiſtimat: niſi fortè diſtracturus erat petitor ſi animal accepiſſet & pretium lucratus eſſet. Vera igitur ſupereſt *Joannis* & ſequacium ſententia, rejecta *Martini ac Paul. Caſtr. diſtinct. in d. l. quod te.*

Quartus effectus moræ eſt. Nam 104
difficultas rei præſtandæ, licet obligationem non impediat, tamen à mora debitorem omnimodo tuetur. Quod in facti primùm obligationibus verum ſcribit Labeo. *in l. ſi vehenda mancipia. §. idem juris. ff. ad legem Rho. de jact.* Idem in judiciis credendum eſt. Ulpian. *in l. 2. §. ſi quis judic. ff. ſi qui. cau.* vel cùm apud arbitros controverſia vertitur. *l. apud Celſum.*

Celſum. §. ſi in arbitrum. ff. de dol. mal.
105 *excep.* Nec quæ diximus in ſimplici
ſolùm promiſſione vera ſunt, ſed in
ea etiam cui jusjurandum acceſſit,
vel pœnę aliquid nomine. *c. brevi. &*
c. querelam. de jurejur. extr. c. Beatus
Paulus. juncta gl. 22. q. 2. l. ultim. ff. qui
ſatisda. cag. Adde his etiam, cùm de
impoſſibilitate juris vel naturæ tra-
ctatur. *l. continuus. §. illud. & §. cùm*
quis. ff. de V. Oblig. Sed hæc aliquan-
do certis caſibus non militant. Ve-
luti, cùm quis rem ratam haberi à
procuratore ſtipulatus eſt. Pompo.
in l. ſi procurator. ff. rem rat. haberi. Iaſ.
in l. ſi ita ſtipulatus §. poſſum. ff. de Ver-
bor. Oblig. Idem cùm promiſſor dif-
ficultatem futuram prævidere po-
tuit, tunc enim nullo modo excu-
ſabitur, cùm culpa vel dolo non ca-
reat. Labe. *in l. ſi de dote. verſic.*
quid enim. ff. de jur. dot. Imputan-

Digitized by Google

dum hoc certè eſt debitori, qui futurum obſtaculum neglexit. Paul. *in l. qui commeatus. ff. de re mili.* Ex verbis, dum tamen non tardius à loco profectum ſe probet, quam ut occurrere poſſet intra commeatum, reſtituendus eſt, idem rectè ſcribit Labeo *in l. quibus diebus. ff. de condit. & demon.* Quid autem in debitore quantitatis, vel generis 103
ſentiendum ſit, noſtri non parum digladiantur, crebrior eſt tamē ſententia Bart. difficultatem ei non parum nocere qui moratus eſt: partim quòd illa ortum obligationis non impediat, *l. continuus §. illud. ff. de Verbor. Obligat.* partim etiam quòd genus, ſeu quantitas debita perire non poſſit. *l. incendium. C. ſi cert. peta.* ſed illud quod de ortu obligationis dictum eſt, facilè diluitur. Nam pleraq; nos à mora liberant, quæ nihilomi-

ominus initium obligationis non impediunt. Scævo. *in l. ultim. ff. de leg. commiſ. ac l. ſciendum. ff. de uſur.* Manifeſtius tamen *Bart.* ſenſum tuentur duo egregia Juriſconſultorũ reſponſa, Primùm eſt Jaboleni *in l. ultim. ff. de nauti. fœno.* Si (inquit) trajectitiæ pecuniæ pœna, uti ſolet, ꝓmiſſa eſt: quamvis eo die qui primus ſolvendæ pecuniæ fuerit nemo vixerit, qui pecuniam deberet: tamen perinde committi pœna poteſt ac ſi fuiſſet hæres debitoris. Alterum eſt Paul. *in l. ad diem. ff. de Verb. Obligat.*
108 Sed hujusmodi reſponſa interdum non militant: veluti cùm debitor pecuniam ſiniſtro eventu cui reſiſti non poterat, amiſit. *c. ſignificante. de pignor. Panor. in ca. brevi. de jurejur.* vel cùm pecuniam creditor accipere recuſavit. Jabol. *in l. ſi & per emptorem. ff. de act. empt. & vendit.* ſimile eſt

ſe eſt *in l. 1. §. ſi reus. ff. de eo per quem fact. erit*. Adde etiam, cùm arbitrio 109
& commodo debitoris aliquid ſolvendum committitur. Scævo. *in l. Thais. §. Lucius. ff. de fid. lib.* ubi ſic teſtamento pater caverat, Mævi fili chariſſime, te rogo, ut ſi Stichus & Damas & Pamphilus demeruerint, ære alieno liberes: ne alterius quàm tuam ſervitutem experiantur. Quæro (inquit) an ex cauſa fideicommiſſi libertatem conſequi poſſint, ſi per hæredem ſteterit quominus æs alienum exolveretur? Et verius eſt nihil hæredi imputandum, ſi pro cõmoditate rei ſuæ adminiſtrandæ æs alienum tardiùs exoluerit. facit elegans Procul. reſponſum *in l. nepos proculo. ff. de Verb. Sign.* Sed quidam ſummi etiam nominis longè diverſum ſentiendum putaverunt, quorum è numero non defuit. *Salyc.* nõ

denique. *Fulgo, Paul. Caſtr. & Deci. in d. l. quod te.* Moventur autem ea *l. ratio. §. ſi per venditorem. verſicul. Mora.* Quæ ſanè graviter in communem. Bart. & reliquorum ſententiam pugnat: nec ſatis video quemadmodum ea lex commodè conciliari poſſit niſi difficultatem rei præſtandæ ex caſu fortuito metiamur: quia ſi vinum vendiderim nec per me factum ſit, ſed eventu quominus vinum traderem certa die, acciderit, licet venditor obligatus remaneat, quia genus perire non poteſt, ex mora ad id quod intereſt non aſtringat, unde conſequens eſt, ut qui certum genus aut pecuniam promiſit, rarò ex difficultate probabiliter ſe excuſet, niſi colore aliquo difficultatis excuſatio fulciatur: ut cùm fortuita aliqua vi cui reſiſti non potuit, rem amiſit.

Quin-

Quintus effectus. Nam ex mora fructus legatorum debentur. Veluti finge Sempronio fundum ex fideicommiſſo deberi, eumque hæredem præſtare nolle; vel negligere teſtatoris judicium, nunc enim fundi proprietas, fructusque percepti legatario præſtabuntur. Hi autem fructus in petitionem deducentur, non quos hæres percepit, ſed quos legatarius percipere potuit. *l. apud Julianum aliàs Aphricanus. §. 1. ff. de leg. 1. l. quod ſervus. ff. de l. 2. idem Julian. ſcribit in l. ſi uſusfructus legatus. ff. de uſufr. Vlpian. ac Modeſt. in l. æquiss. 1. & 2. ff. de uſur.* Quod etiam veriſſimum credendum eſt tametſi nihil debitor moratus ſit. *l. Herennius. ff. de uſuri.* 110

Hujus autem negotii ratio facilis reddi poteſt. Nam rei legatæ dominium, recta via ab eo qui legavit ad eum cui legatum eſt, 111

Digitized by Google

tranſit. *l. ſi tibi homo. §. cum ſervus. ff. de leg. 1. l. à Titio. ff. de furti. l. ſi ager. ff. de rei vendi.* Sed ex fideicommiſſo univerſali niſi mora contracta ſit, fructus peti prohibentur, cum fideicommiſſi dominium, non niſi reſtituta hæreditate ad fideicommiſſarium tranſeat. *l. in fideicommiſſariam. ff. ad S. C. Treb. l. in fideicommiſſi. ff. de uſur.*

Sextus effectus eſt in legatis, ve-
112 luti cùm ea incertis relinquuntur, hæredis arbitrio, vel cui ex legatariis volet, nunc ſi hæres ſingulari fideicommiſſo gravatus, legatarium eligere diſtulerit, omnes ad legatum vocati videbuntur. *l. cum quidam 2. ff. de leg. 2.* ex verbis, idem ait, ſi neminem elegerit, omnes ad petitionem fideicommiſſi admitti videri, quaſi jam præſenti die datum, cùm
113 ſic relinquitur. Sed ab ea regula exci-

cipi-

cipitur, quoties electio rerum non perſonarum, hæredi delegata eſſet, hoc enim caſu integer annus, non autem exiguum eligendi tempus conceſſum videretur. *l. ultim.* §. *ſed etſi quis. C. communia d. leg.* ubi ait Juſtinianus, Cenſemus itaque, ſi intra annale tempus, ille qui eligere juſſus eſt, hoc facere ſuperſederit, vel minimè potuerit, vel quandocunque deceſſerit: ipſi legatario videri eſſe datam electionem. Quod 114
& in implenda voluntate defuncti rectè ſancitum eſt, ut ex mora hæredes indigni ſucceſſione ſint, eaque poſt anni curriculum, cæteris vel hæredibus, vel legatariis accreſcat. §. *ſi quis autem non implens. in Auth. de Hæred. & fal. Authen. Hoc amplius. C. de fideicom.* Sexcenta hujusmodi ob oculos explicari poſſent, benevole lector, quæ tamen ſciens o-

 mitto,

Digitized by Google

mitto, cùm maximè in his nihil ingenii, ſed laboris plurimum, & moleſtiæ, tot in requirendis legum centonibus conſiſtat.

CAPVT. IV.

Quemadmodum purgetur mora.

SUMMARIA.

115. *Quomodo mora purgetur in obligationibus faciendi?*

116. *Præparamenta conſtituendæ inſulæ ſola ſufficiunt.*

117. *Non ſufficit ſola ædificand promiſſio.*

118. 119. 120. 121. *An dilatio ſolvendi ante acceptum judicium purgetur?*

122. *Pur-*

Digitized by Google

122. *Purgare nihil aliud eſt, quam ſe excuſare.*

123. *Qui litem conteſtatur culpa vel dolo non caret.*

124. *An in cauſa appellationis recipiatur moræ purgatio.*

125. *Debitor qui inſtrumento guarentigiato promiſit non purgat moram.*

127. *An ipſo jure vel ope exceptionis liberetur debitor ab eo quod intereſt?*

128. *Liberationis verbo omnimoda ſolutio intelligitur.*

129. 130. *In obligationibus dandi quomodo mora purgetur.*

131. *An moram purgare liceat cum dies contractus conſtituta eſt?*

132. An ſi pœna, non dies adjiciatur?

133.134.135.136.137. Quid ſi dies & pœna adjiciatur?

138.139,140.142.143. Modicum tempus quando

141. Quando de purganda quæritur quidnam conſiderandum.

144.145.146, Vaſallus an beneficio privetur ſi inter annum & diem inveſtituram non petierit?

148. An moræ purgatio in duplici mora locum habeat?

148. Duplex cautio nocet.

149.150. An moram purgare liceat, ſi nulla ante litem conteſtatam commiſſa ſit?

151. An

151. 152. *An detur ſoluti condictio, ſi moram cum poſſis, non purgaveris.*

EXtremum ſupereſt, ut quibus modis mora elui facilè poſſit, attingamus. Multiplex eſt purgationis moræ differentia, ut ſatis prolixè & copioſè à noſtris in *l. ſi inſulam. ac l. etſi poſt tres*, expoſitum eſt. Nos tamen ne, ut ille ait, ſcriptorum varietate legentis animum ſtudii hujus deſertorem efficiamus, hoc ſolùm capite, quæ præcipua magis, ac uſitatiſſima videbuntur referemus. Primum omnium perſtringendum eſt, quemadmodum mora ante acceptum judicium purgari poſſit.

Ex obligationibus igitur, quæ in faciendo conſiſtunt imprimis ſciendum eſt, ſi inſulam fabricare à te ſtipulatus ſim, nec eam conſtituto 115

tempore quo ædificari poterat, conſtruxeris, cœpto ſemel ante litis cõteſtationem opere, moram purgari, quod egregiè ab Ulpi. decretum eſt *in d.l.ſi inſulam.* ex verbis, poſſe te facientem liberari. Quinimo præ-
116 paramenta conſtruendæ inſulæ ſola quidem ſufficere credidit. *Franc. à Rip. ex l. ſi pecuniã. ff. de condict. cauſ. da.* Cum inquit Ulpian. Nam ſi ita res ſe habeat, ut licet nondum profectus ſis: ita tamen rem compoſueris, ut neceſſe habeas proficiſci, vel ſumptus qui neceſſarii fuerint ad profectionem jam feciſti, ut manifeſtum ſit te plus fortè quàm accepiſti, erogaſſe, condictio ceſſabit. Idẽ
117 ſcribit *in l. 1. §. cœpiſſe. ff. de pollici.* Sola tamen operis ædificandi promiſſio, non ſufficeret: quia cùm aliquid fieri neceſſum eſt, nihil opus eſt verbis, nec pollicitationibus, quibus ſæ-
pe

Digitized by Google

pe eludi ſolent ſtipulantes, facit elegans Ulpian. reſponſum *in l. 1. §. tuliſſe. ff. ad S.C. Sylla. l. 1. §. Hæc autem verba ff. quod quiſq; jur.* Hæc dilatio ſolvendi ante acceptum judicium 11
(ut dicimus) purgabitur *d. l. ſi inſulã.* ex verbis, quandiu litem conteſtatus non ſim. Adde tex. *in l. interdũ. §. ultim. ff. eod.* qui tamen §. generaliter exiſtimat promiſſorum Stichi poſt moram offerendo eandem rem quam promiſit, purgare. Sed hunc §. *ultim.* Accurſ. *ex l. ſi inſulam.* interpretatus eſt, cui tamen *Bartol. Paul. Caſtr. ac Jaſ.* planè refragantur. Hac autem communi diſtinctione uti ſolent. Aut promiſſor id quod petitum eſt præſtat, tunc non ſolum ante cœptum judicium, ſed poſt litem conteſtatam extingui poteſt mora. Sic enim interpretantur. *l. interdum. §. ult.* Sic etiam putant Juſt.

loqui in §. *ult. Inſt. de perpe. & tempo. acti.* Cùm (inquit) ſi ante rem judicatam is cum quo actum eſt, ſatisfaciat actori, officio judicis convenit eum abſolvere: licet in ea cauſa fuiſſet judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet, & hoc eſt quod antea vulgò dicebatur, omnia judicia abſolutoria eſſe. Aut (inquiunt) unum petitur, alterum verò præſtatur, nempe id quod intereſt, hoc certè caſu ſolùm putant, moram, lite nondum conteſtata elui. *d. l. ſi inſu-*
119 *lam.* Quam ego diſtinctionem diſpungendam omnino, ſecutus *Rayne.* ſemper credidi, verioremque *Accurſ.* ſenſum & noviſſimè *Alciat. in l. uni. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. prof.* Quæ apud me receptiſſima ſanè ſententia fulcitur elegantiſſimo text. *in l. ſed ſi alia. ff. de cond. pécu.* ex verbis æquum eſt ſuccurri

curri reo aut exceptione, aut juſta interpretatione: ut factum actoris usque ad tempus judicii ipſi noceat. Idem ſcribit Paul. *in l. ſi reus. ff. de procur.* Sed videamus quemadmodum 120
ea *l. ſi inſulam* ex Bartol. ſenſu eam interpretationem ſuſcipiat, ut illic de eo quod intereſt tractetur, quod ab eo præſtandum eſt, qui inſulam fabricare tenebatur, veluti in faciendis obligationibus frequentiſſimum eſt. *l. ſtipulationes non dividũtur. §. Celſus. ff. de Verb. Oblig.* Quod, ut paucis abſolvam, ridiculum eſt ſatis, nec tanto viro cæterisque legũ autoribus dignum. Planè enim pugnant verba legis, cùm inquit Ulp. Quandiu litem conteſtatus nõ ſim poſſe te facientem liberari, placet. Quæ verba non id quod intereſt ſonant, ſed rei promiſſæ implementũ, nec cùm unum petitur, alterũ verò

Digitized by Google

præſtatur, nihil enim aliud ea lege quàm quod promiſſum fuerat præ-
121 ſtabatur. Nec me movet §. *ult. inſt. de perpe. & temp. act.* quia non eo loci credidit Juſt. moram poſſe purgari poſt litem conteſtatam, ſed tunc rectè eum abſolvendum cum quo actum eſt, quoties litis & controverſiæ ſumptus, vel id quod actoris intereſſe poterat, exoluit, quod à purgatione longè differt. nam qui dilationem factā purgat, nō id quod intereſt creditoris, ſolvit, ſed ſe in-
122 terea excuſat. Purgare enim nihil eſt aliud, quàm ſe excuſare: quale eſt illud Terent. in Eunuch. ſed heus tu purgon. ego me de iſthac Thaide? & illud Plaut. in Amphitr. & idhuc revorti, ut me de hoc purgarem tibi. Purgare autē aliquando dicitur, ad libramentū propriū redigere. Ulpia. *in l. 1. §. purgare autem ff. de via publ.*

Itaq;

Itaq; nihil ego ea, quam dixi, *Accur.* ſententia verius, nec probabilius exiſtimarem, moram ad litis conteſtatæ tempus ſolũ dilui, poſteà verò neminem audiendum. Quia qui litem 123
ingreſſus eſt, culpa nec dolo caret: unde qui litigare maluit quàm ſolvere, audiendus nõ eſt, ſi ſe excuſet. *d.l.nemo.§.ultim.ff.de Verbor. Oblig.* Cùm maximè incerti juris non ſit, purgationem moræ ex humanitate & ex bono & æquo condonari. *l ſi ſervum.§.ſequitur. eod.* Et cùm litis 124
conteſtatio moræ purgationem impediat, quæſtionis eſt quid in cauſa appellationis cenſendum ſit? Verius id omnes opinantur, moram nõ dilui: nam qui provocat, à judice poſt ſententiã vel edictum appellat, atqui poſt ſententiam nuſqam licet moram purgare cùm ſemel accepto judicio arceatur debitor. *d. l.*

ſi in-

Digitized by Google

ſi inſulam. Appellatio autem omnẽ controverſiam ad litis conteſtatæ ſtatum perducit. *l. ita demum. C. de procura. & ibi Bart. Panor. in c. 1. de extr.* Adde idem credendum in debitore qui inſtrumento guarentigionato ſe aſtrinxit. *Ang. in d. l. ſi inſu-*
125 *lam*. Quod genus inſtrumentorum ſententię judicis ſimillimum eſt, cujus executio ſummo jure licita eſt. *Bartol. in l. 3. §. in hac. ff. commoda. & in l. eum qui. §. ſi juravero. ff. de jurejuran.* unde quæ ipſo jure executioni mandari poſſunt, morę purgationem non poſtulant. *Panorm. in c. licet. de ſup. neg. præl.* Quæ tamen ſententia. *Alexandr. ac Ludov. Roman.* non placuit. Nihil enim exiſtimant commune inter ſe habere ſententiam & guarentigia. nã quod inſtrumento præſtandum ẽſt, non ſtatim, vel nulla prorſus dilatione exi-

exigendum videtur. *l. quod dicimus. ff. de ſolut.* Sed his aſſentior, ſi ſolutionem temperamẽto quodam temporis faciendam intelligamus, nec enim (ut Paul. ait) cum ſacco adire debet, qui ſe ſtatim ſoluturum promiſit. Quæ autem diximus ante ac- 126
ceptum judicium permiſſam eſſe purgationem moræ, vera ſunt, niſi creditoris interſit, veluti eo tempore quo ſolvendum erat, non fuiſſe ſolutum, vel cùm æſtimatio rei quæ petitur diminuta eſt. *l. ſi cùm dies. §. ultim. & l. ſeq. ff. de recep. arbit. l. ſi ita quis. §. Seja. ff. de Verb. Oblig. l. etſi poſt tres. ff. ſi qui. cauſ. l. ſed etſi alia. ff. de conſtit. pec.* Nec id mirum tunc videbitur, cùm maximè ceſſet æquitatis ratio, qua quidem purgatio moræ licita eſt. *d. l. ſi ſervum. §. ſequitur.*

Sed an ipſo jure debitor ab eo 127
quod intereſt, liberetur, vel ope exceptio-

ceptionis, cùm diluta eſt mora, noſtri plurimùm dubitarunt. Ego rejecta *Bart.* & quorundam ſententia, nihil probabilius exiſtimarem id quod intereſt, ſemel commiſſa mora, ipſo jure deberi: ſolùm autem debitoribus exceptionem non intentionis (ut *Er. à Rip.* inquit) ſed actionis prodeſſe, quod ſanè liquidius explicari non potuit à Cajo & Paul. Juriſconſultis *in d. l. etſi poſt tres & l. ſed & ſi alia.* Qui verò Bartol. ſequuntur, diverſum comprobari putant ex *l. ſi inſulam.* cum inquit, poſſe te facientem liberari. Liberatio-
128 nis enim verbo omnimoda ſolutio intelligitur. *l. cùm quis. §. 1. juncta gloſ. ff. de ſolut.* Sed hoc ita verum eſt, ſi propriam verbi, liberationis, naturam inſpexerimus, liberationis enim verbum, eandem vim habet quam ſolutionis. Ulpian. *in l. liberationis.*

Digitized by Google

tionis. ff. de Verb. Signif. Latiore autem ſenſu quoquomodo quis ſit liberatus, vel ex cauſa pacti de non petendo, vel purgationis moræ nihil intereſt, ſed non ipſo jure competere dicitur liberatio, cùm adhuc exceptio detur. §. *præterea. inſtit. de excep.* Tribus enim ſolũmodo modis, ipſo jure liberatio conceditur, pecuniæ numeratione, juſto pacto, ac jurejurando. Paul. in l. Stichum. §. *naturalis ff. de ſolut.*

Ex obligationibus quæ in dando 129
conſiſtunt opportunè quæri poteſt, an liceat moram purgare, ſi quid certa die me daturum conſtituerim, eáque præterita ſit? Et verius eſt cuique hoc impunè permitti, ſi modò ante acceptum judicium dilatio purgetur. *d. l. interdum. §. ultim. ff. de Verb. Obligat.* Huic tamen ſententię 130
refragatur *Paul. Caſtr. in d. l. etſi poſt*

treu.

tres. num. 8. cujus ſenſum omnino rejiciendum cenſeo, planè n. pugnat *d.l.ſed & ſi alia.* Ubi in dandi obligationibus, usque ad litis conteſtationem, reo aut exceptione, aut juſta interpretatione ſuccurritur. Nec illud adverſari puto, quod vulgò dicitur, in obligationibus dandi ſi id præſtari poſſit, non id quod intereſt ſuccedere, ſed omnimodo pollicitis ſtandum. *l. ubi autem.* §. *ultim.ff.de Verb.oblig.* Nam id ipſum ſortis nomine, vel rei illius quæ in ſtipulationem deducta eſt, verum arbitror. Sed ex mora, quin id quod intereſt juſtè peti poſſit, nulla juris ratio refragatur. Quæ quidem debiti ſolvendi dilatio facilè ante acceptum judicium eluetur, ut in facti obligationibus ex Accurſi. & Rayne. ſententia proximè dictum eſt. His igitur generaliter cognitis, nunc ſedu-

ſedulò tria tractanda ſunt, primum an liceat reo purgare moram, cùm dies contractui conſtituta eſt. Alterum quid ſi pœna non dies adjiciatur. Poſtremum verò an cùm utrunque conventioni ineſt, adhuc eluere moram liceat. Exponendum eſt 131
imprimis quæ ad diei conſtitutionẽ pertinent. Finge me tibi amphoras vini 10. Calendis Auguſti promiſiſſe, nec præſtitiſſe quod promiſeram, meque in mora conſtituto, poſt aliquot dies velle pollicitis ſtare, nunc quæſtionis eſt, utrum mihi hoc condonetur ut quod moratus ſum purgem? Noſtri nihil ambigendum putant moram facillimè dilui, vt inquit Scævol. *in l. ſi ita quis. §. Seja. ff. de Verb. Oblig.* ubi Lucio Titio mãdante, Seja hortos comparaverat, promiſeratque ſe in eum proprietatem translaturam, deinde inconti-
nenti

nenti inter utrunque convenerat, ut intra Calendas Apriles univerſam ſummam mandator numeraret, & cùm non omne pretium cum uſuris ante Calendas exoluiſſet Lucius Titius, reliquum verò poſt Calendas paratus eſſet ſolvere, idq́; recuſaret accipere Seja, an ex ſtipulatu agere poſſet, quærebatur. Et certè viſum eſt, ſi non multo poſt Calendas obtuliſſet, hoc Lucio Titio permitti. Huic præterea ſententiæ conjungi poterit. *l. ſed & ſi alia. ff. de conſt. pe.* quo loci Paul. ſcribit, æquiſſimum eſſe ſuccurri reo, & ſi alia die offerat, nec actor accipere voluerit, ſi modo nulla juſta cauſa fuerit non
132 accipiendi. Quod verò ad pœnæ conſtitutionem attinet, idem credendum eſt, moram purgari. *l. qui Romæ. §. Flavius Hermes. ff. de Verb. Obligat. verſic.* item quæro. ubi inquit

quit Scævola, Si Flavii Hermetis hæres à Claudii hærede pœnam ſupra ſcriptã petere voluerit, an Claudii hæres libertatem Sticho pſtare debeat, ut pœna liberetur? reſpondi, poſſe. Sed quid ſi utrumque adjiciatur & dies & pœna, utrum moræ purgationem impediãt? Noſtri frequentius exiſtimaverunt, moram nullomodo purgari. pluribus autem legum exemplis idipſum probant. Primùm ex *l. magnam. C. de contr. ſtipul.* ubi à Juſtiniano reſcriptum eſt, ſi quis certo tempore facturum ſe aliquud vel daturũ ſtipuletur certa pœna, ut niſi daret, vel faceret, tunc id quod pœnæ nomine conventum fuerat præſtaret, ſi non præſtiterit eo tempore, etiam citra ullam admonitionem eidem pœnę obnoxium futurum. Facilius adhuc comprobari exiſtimant ea 135

Lera-

l.trajectitiæ.§.de illo.ff.de act. & oblig. De illo inquit)dubitari poteſt, ſi cũ certa die & pœna adjecta, interpellatus moram ipſe fecerit, an quamvis pecuniam poſtea offerat, pœna nihilominus committatur? & rectius eſt committi. Idem Ulpian. reſpondit *in l. Celſus.ff.de recep. arbit.ac in l.1.§.quid ergo.ff.de pœn.leg.* Adferunt præterea tex. *in l. 2. C. de jur.*
134 *emph.* Sed his omnibus non putarem. *Ange.* ac quorundam interpretum contrariam ſententiam impugnari, nihilque probabilius opinor ſiquis aſſeveret diei & pœnæ conſtitutionem moræ purgationem
135 non impedire. Primum omnium hoc liquidiſſimè affirmat Cajus *in d. l.etſi poſt tres.* Si qui. cau. cujusquidem multiplex à noſtris adfertur ſenſus: Quidam exiſtimant juriſconſultum loqui, cùm ſtipulationi dies

Digitized by Google

dies ſolùm adjecta eſt, quod meritò falſum omnes prædicant. Alij verò in judiciali ſtipulatione Cajum interpretantur, diverſumque videri, ſi de conventionali loquamur. Sed non ſatis video, quemadmodum hujusmodi interpretatio ſine ſumma legum calumnia recipi poſſit, cùm maximè nulla inter judiciales, & quæ ex conventione contrahuntur (quoad moræ purgationem pertinet) differentiæ ratio aſſignetur. Nam ſi in conventionalibus non æquitatem, ſed quod conventum eſt ſequendum dixerimus, abſurdum erit ſtipulationes, quæ ex conventione fiunt, iniquitatem continere, quod omnino reprobatiſſimum eſt. Itaque *l. in conventionalibus.ff.de Verb.Oblig.* tametſi dicat in conventionalib. ſtipulationib. contractui formã contrahentes dare, nõ

ita ſanè accipiendum eſt, ut iniqui juris vel turpis rei conventionem intelligamus. Ulpian. *l. generaliter. & l. ſi plagi. ff. de Verb. Oblig.* Unde in omni ſtipulatione, ſi de mora tractetur, omnia ex bono & æquò, nõ autem ſummo jure æſtimabimus d. l. ſi ſervum. §. ſequitur. In negotiis enim contrahendis vel edicto finiendis, judex aditus æquitatem ante oculos habere debet. *Vlpian. l. quod ſi Epheſi. §. in ſumma. ff. de eo quod cert. loc.* Hanc præterea ſententiam manifeſtiſſimè probat in bonæ fidei contractibus. *l. Lucius ff. de act. emt. & vendi. idem Jabol. in l. inſulam. §. 1. ff. loca. & cond. Bal. in l. cùm allegas. C. de uſur. Paul. Caſtren. in d. l. etſi poſt tres.* Sed in ſtricti juris conventionibus, ut in ſtipulatione & ſimilibus, diverſum omnes affirmant. Ego tamen didici nihil in eluenda mora inter-

intereſſe, ſive in bonæ fidei vel ſtricti juris contractibus loquamur. Quod igitur ad hujusmodi conventiones ſtricti juris attinet, nihil intereſſe putarem adverſari Juſtinian. *in d. l. magnam*. Quo loci primùm 137
conſtat Imperatorem magnam veterum ambiguitatem ſolùm conſtitutione ſua ſuſtuliſſe, quæ ſummam protrahendarum litium occaſionẽ præbebat. Nam cùm dies & pœna ſtipulationi acceſſerant, nihil adhuc verebantur promittentes (ut in cæteris ſtipulationibus quibus nec dies nec pœna adjecta ſunt) rei promiſſæ ſolutionem ad litis conteſtatæ tempus proferre. Itaque ne lites in infinitum facilè excitentur, rectè ſancitum eſt, nulla etiam ſtipulantis admonitione pœnæ conſtitutæ obnoxium, cùm maximè poſt diem ſolvere diſtulit promiſſor. Nec enim

ſi inſulam. Appellatio autem omnẽ controverſiam ad litis conteſtatæ ſtatum perducit. *l. ita demum. C. de procura. & ibi Bart. Panor. in c. 1. de extr.* Adde idem credendum in debitore qui inſtrumento guarentigionato ſe aſtrinxit. *Ang. in d. l. ſi inſu-*
125 *lam.* Quod genus inſtrumentorum ſententię judicis ſimillimum eſt, cujus executio ſummo jure licita eſt. *Bartol. in l. 3. §. in hac. ff. commoda. & in l. eum qui. §. ſi juravero. ff. de jurejuran.* unde quæ ipſo jure executioni mandari poſſunt, morę purgationem non poſtulant. *Panorm. in c. licet. de ſup. neg. præl.* Quæ tamen ſententia. *Alexandr. ac Ludov. Roman.* non placuit. Nihil enim exiſtimant commune inter ſe habere ſententiam & guarentigia. nã quod inſtrumento præſtandum eſt, non ſtatim, vel nulla prorſus dilatione exi-

exigendum videtur. *l. quod dicimus. ff. de ſolut.* Sed his aſſentior, ſi ſolutionem temperamẽto quodam temporis faciendam intelligamus, nec enim (ut Paul. ait) cum ſacco adire debet, qui ſe ſtatim ſoluturum promiſit. Quæ autem diximus ante ac- 126
ceptum judicium permiſſam eſſe purgationem moræ, vera ſunt, niſi creditoris interſit, veluti eo tempore quo ſolvendum erat, non fuiſſe ſolutum, vel cùm æſtimatio rei quæ petitur diminuta eſt. *l. ſi cùm dies. §. ultim. & l. ſeq. ff. de recep. arbit. l. ſi ita quis. §. Seja. ff. de Verb. Oblig. l. etſi poſt tres. ff. ſi qui. cauſ. l. ſed etſi alia. ff. de conſtit. pec.* Nec id mirum tunc videbitur, cùm maximè ceſſet æquitatis ratio, qua quidem purgatio moræ licita eſt. *d. l. ſi ſervum. §. ſequitur.*

Sed an ipſo jure debitor ab eo 127
quod intereſt liberetur, vel ope exceptio-

ceptionis, cùm diluta eſt mora, noſtri plurimùm dubitarunt. Ego rejecta *Bart.* & quorundam ſententia, nihil probabilius exiſtimarem id quod intereſt, ſemel commiſſa mora, ipſo jure deberi: ſolùm autem debitoribus exceptionem non intentionis (ut *Er. à Rip.* inquit) ſed actionis prodeſſe, quod ſanè liquidius explicari non potuit à Cajo & Paul. Juriſconſultis *in d. l. etſi poſt tres & l. ſed & ſi alia.* Qui verò Bartol. ſequuntur, diverſum comprobari putant ex *l. ſi inſulam.* cum inquit, poſſe te facientem liberari. Liberatio-
128 nis enim verbo omnimoda ſolutio intelligitur. *l. cùm quis. §. 1. juncta gloſ. ff. de ſolut.* Sed hoc ita verum eſt, ſi propriam verbi, liberationis, naturam inſpexerimus, liberationis enim verbum, eandem vim habet quam ſolutionis. Ulpian. *in l. liberationis.*

tionis. ff. de Verb. Signif. Latiore autem ſenſu quoquomodo quis ſit liberatus, vel ex cauſa pacti de non petendo, vel purgationis moræ nihil intereſt, ſed non ipſo jure competere dicitur liberatio, cùm adhuc exceptio detur. *§. præterea. inſtit. de excep.* Tribus enim ſolũmodo modis, ipſo jure liberatio conceditur, pecuniæ numeratione, juſto pacto, ac jurejurando. Paul. in l. Stichum. §. *naturalis. ff. de ſolut.*

Ex obligationibus quæ in dando 129
conſiſtunt opportunè quæri poteſt, an liceat moram purgare, ſi quid certa die me daturum conſtituerim, eaq́ue præterita ſit? Et verius eſt cuique hoc impunè permitti, ſi modò ante acceptum judicium dilatio purgetur. *d. l. interdum. §. ultim. ff. de Verb. Obligat.* Huic tamen ſententię 130
refragatur *Paul. Caſtr. in d. l. etſi poſt tres.*

tres. num. 8. cujus ſenſum omnino rejiciendum cenſeo, planè n. pugnat *d.l.ſed & ſi alia.* Ubi in dandi obligationibus, usque ad litis conteſtationem, reo aut exceptione, aut juſta interpretatione ſuccurritur. Nec illud adverſari puto, quod vulgò dicitur, in obligationibus dandi ſi id præſtari poſſit, non id quod intereſt ſuccedere, ſed omnimodo pollicitis ſtandum. *l. ubi autem. §. ultim. ff. de Verb. oblig.* Nam id ipſum ſortis nomine, vel rei illius quæ in ſtipulationem deducta eſt, verum arbitror. Sed ex mora, quin id quod intereſt juſtè peti poſſit, nulla juris ratio refragatur. Quæ quidem debiti ſolvendi dilatio facilè ante acceptum judicium eluetur, ut in facti obligationibus ex Accurſi. & Rayne. ſententia proximè dictum eſt. His igitur generaliter cognitis, nunc ſedu-

ſedulò tria tractanda ſunt, primum an liceat reo purgare moram, cùm dies contractui conſtituta eſt. Alterum quid ſi pœna non dies adjiciatur. Poſtremum verò an cùm utrunque conventioni ineſt, adhuc eluere moram liceat. Exponendum eſt 131
imprimis quæ ad diei conſtitutionē pertinent. Finge me tibi amphoras vini 10. Calendis Auguſti promiſiſſe, nec præſtitiſſe quod promiſeram, meq́ue in mora conſtituto, poſt aliquot dies velle pollicitis ſtaré, nunc quæſtionis eſt, utrum mihi hoc condonetur ut quod moratus ſum purgem? Noſtri nihil ambigendum putant moram facillimè dilui, vt inquit Scævol. *in l. ſi ita quis. §. Seja. ff. de Verb. Oblig.* ubi Lucio Titio mādante, Seja hortos comparaverat, promiſeratq́ue ſe in eum proprietatem translaturam, deinde inconti-
nenti

nenti inter utrunque convenerat,
ut intra Calendas Apriles uniuer-
ſam ſummam mandator numera-
ret,& cùm non omne pretium cum
uſuris ante Calendas exoluiſſet Lu-
cius Titius, reliquum verò poſt Ca-
lendas paratus eſſet ſolvere, idq́; re-
cuſaret accipere Seja,an ex ſtipulatu
agere poſſet, quærebatur. Et certè
viſum eſt, ſi non multo poſt Calen-
das obtuliſſet, hoc Lucio Titio per-
mitti.Huic præterea ſententiæ con-
jungi poterit. *l. ſed & ſi alia. ff. de
conſt.pe.* quo loci Paul. ſcribit,æquiſ-
ſimum eſſe ſuccurri reo,& ſi alia die
offerat,nec actor accipere voluerit,
ſi modo nulla juſta cauſa fuerit non
132 accipiendi. Quod verò ad pœnæ
conſtitutionem attinet, idem cre-
dendum eſt, moram purgari. *l. qui
Romæ. §. Flavius Hermes. ff. de Verb.
Obligat. verſic.* item quæro. ubi in-

quit

quit Scævola, Si Flavii Hermetis hæres à Claudii hærede pœnam ſupra ſcriptã petere voluerit, an Claudii hæres libertatem Sticho pſtare debeat, ut pœna liberetur? reſpondi, 133
poſſe. Sed quid ſi utrumque adjiciatur & dies & pœna, utrum moræ purgationem impediãt? Noſtri frequentius exiſtimaverunt, moram nullomodo purgari. pluribus autem legum exemplis idipſum probant. Primùm ex *l. magnam. C. de contr. ſtipul.* ubi à Juſtiniano reſcriptum eſt, ſi quis certo tempore facturum ſe aliquud vel daturũ ſtipuletur certa pœna, ut niſi daret, vel faceret, tunc id quod pœnæ nomine conventum fuerat præſtaret, ſi non præſtiterit eo tempore, etiam citra ullam admonitionem eidem pœnę obnoxium futurum. Facilius adhuc comprobari exiſtimant ea

Lra-

l.trajectitiæ.§.de illo ff.de act. & oblig. De illo inquit) dubitari poteſt, ſi cũ certa die & pœna adjecta, interpellatus moram ipſe fecerit, an quamvis pecuniam poſtea offerat, pœna nihilominus committatur? & rectius eſt committi. Idem Ulpian. reſpondit *in l. Celſus ff.de recep. arbit.ac in l.1.§.quid ergo.ff.de pœn.leg.* Adferunt præterea tex. *in l. 2. C. de jur.*
134 *emph.* Sed his omnibus non putarem. *Ange.* ac quorundam interpretum contrariam ſententiam impugnari, nihilque probabilius opinor ſiquis aſſeveret diei & pœnæ conſtitutionem moræ purgationem
135 non impedire. Primum omnium hoc liquidiſſimè affirmat Cajus *in d. l. etſi poſt tres.* Si qui. cau. cujusquidem multiplex à noſtris adfertur ſenſus: Quidam exiſtimant juriſconſultum loqui, cùm ſtipulationi dies

dies ſolùm adjecta eſt, quod meritò falſum omnes prædicant. Alij verò in judiciali ſtipulatione Cajum interpretantur, diverſumque videri, ſi de conventionali loquamur. Sed non ſatis video, quemadmodum hujusmodi interpretatio ſine ſumma legum calumnia recipi poſſit, cùm maximè nulla inter judiciales, & quæ ex conventione contrahuntur (quoad moræ purgationem pertinet) differentiæ ratio aſſignetur. Nam ſi in conventionalibus non æquitatem, ſed quod conventum eſt ſequendum dixerimus, abſurdum erit ſtipulationes, quæ ex conventione fiunt, iniquitatem continere, quod omnino reprobatiſſimum eſt. Itaque *l. in conventionalibus. ff. de Verb. Oblig.* tametſi dicat in conventionalib. ſtipulationib. contractui formã contrahentes dare, nõ

intereſſe, ſive in bonæ fidei vel ſtricti juris contractibus loquamur. Quod igitur ad hujusmodi conventiones ſtricti juris attinet, nihil intereſſe putarem adverſari Juſtinian. *in d.l.magnam.* Quo loci primùm 137
conſtat Imperatorem magnam veterum ambiguitatem ſolùm conſtitutione ſua ſuſtuliſſe, quæ ſummam protrahendarùm litium occaſionē præbebat. Nam cùm dies & pœna ſtipulationi acceſſerant, nihil adhuc verebantur promittentes (ut in cæteris ſtipulationibus quibus nec dies nec pœna adjecta ſunt) rei promiſſæ ſolutionem ad litis conteſtatæ tempus proferre. Itaque ne lites in infinitum facilè excitentur, rectè ſancitum eſt, nulla etiam ſtipulantis admonitione pœnæ conſtitutæ obnoxium, cùm maximè poſt diem ſolvere diſtulit promiſſor. Nec enim

ea conſtitutione denegavit Juſtin. moram poſſe adhuc extingui poſt modicũ tempus: cùm in mora modici temporis damnum leviſſimum ſatis verſetur, *l. ſi debitori. ff. de jud.*
138 Nunc ſiquis rogitet quando à lege modicum tempus poſt moram cõcedatur, quando autem uſque ad litis conteſtationem permiſſa ſit moræ purgatio? Reſpondebo, duobus ſolùm caſibus exiguum temporis ſpatium concedi. Veluti cum dies contractui ineſt. *l. ſi ita quis. §. Seja ff. de Verb. Oblig.* vel cum dies & pœna conventioni adhibetur. *d. l. etſi poſt tres. & l. magnam.* Sed cùm pœna ſolummodo, vel dies tacita inſeritur, donec acceptum ſit judicium, licita erit moræ purgatio. *d. l. ſi inſulam. & l. ſi cùm dies. §. ultim. ff. de recep. arb. l. qui Romæ. §. Flavius Hermes. ff. de Verb. Oblig.* Hæc tamen noſtra

noſtra ſi non placeat, cùm præſertim ea *l. magnã*. nihil Imperator modici temporis meminerit, dicã nihil videri in congruũ, ſi aliquando cùm res ipſa poſtulat: vel creditoris deterior conditio non redditur, exiguum tempus debitoribus condonari. Temperamentum enim temporis obſervandum eſt, ſtatim ſolvere debentibus. *d. l. quod dicimus. ff. de ſolut.* Nec jam adverſabitur. l. traje- 139
ctitiæ. §. de illo. ff. de act. & obl. cujus diſſolutio facilis mihi ſemper viſa eſt. Nam cùm dies & pæna contractui interveniſſent, eaq; dies ſolutionis præterita fuiſſet, jam debitore in mora cõſtituto, adhuc à creditore ſe interpellari paſſus fuerat, unde nec mirũ, ſi nihilominus pœna committatur, quamvis pecuniam poſtea offerat, quia geminata mora (ut vulgò noſtri referũt) impur

 gabilis

gabilis eſt. Gravius tamen urget *l. Celſus.ff.de recept. arbit.* quæ ſanè ꝓbabilius non poſſet communẽ ſententiam defendere. Verba autem Ulpian. hæc ſunt, Celſus ait, ſi arbiter intra Calendas Septembris dari juſſerit: nec datum erit, licet poſtea offeratur, attamen ſemel commiſſam pœnam compromiſſi, non evaneſcere: quoniam ſemper verum eſt, intra Calendas datum non eſſe. Hunc difficillimum ſanè obicem non aliunde conciliandum cenſeo quàm ex verbis Juriſconſult. Celſi. Quem enim ſciendum eſt eodem reſponſo ſtatuiſſe, quæ ſummũ jus, vel ſubtilitatem juris reſpiciunt. Ea autem in arbitris juris ſæveritas eſt, ut ſemel diei & pœnæ conſtitutio moræ purgationem impediant. Sed ſi æquum & bonum contemplemur, idem Celſus adoleſcens ſcribit.

bit, eum qui moram fecerit in ſolvendo Sticho, quē promiſerat poſſe emendare eam moram poſtea offerendo, eſſe enim hanc quæſtionem de bono & æquo: quo in genere plerunque ſub autoritate juris ſciētiæ perniciosè erratur. Paul. *in d. l. ſi ſervum. §. ſequitur.* At ſi quis objiciat *in d. §. ſequitur.* diem & pœnam non obſtitiſſe, quominus mora extingui potuiſſet. Huic ego hoc ſolùm reſponſum velim, Celſum generaliter in omni genere ſtipulationis loqui: nam ſi ſimpliciter intelligas, cùm nec dies nec pœna inſunt conventioni: nihil ſanè opus erat Celſi ad hanc rem diſtinctione, cùm indubitati juris ſit, in ſtipulationibus quibus dies omiſſus eſt, vel pœna, moræ purgationem nullo modo impediri, etiam ad litis conteſtatæ tempus. *d. l. ſi inſulam.* Igitur ut hæc in 141 pauca

bitatum fuit. Et ſiquidem non in ſingulos annos, ſed ſemel pœnus legata ſit. Marcellus apud Julianum notat penum in preſtatione eſſe dũtaxat, pœnam verò in petitione. Itaque hæres facultatem habebit, pœnum antequam lis conteſtata ſit, uxori præſtare. Idem verum eſt, cùm in ſingulos annos pœnus relicta eſt ac pœnæ nomine aliquid annuum. Alter verò adfertur caſus ut cũ pœnus in ſingulos annos debetur, unica autẽ ſumma legata eſt, tunc pecunia illicò peti poteſt, non ut pœna, ſed ut legatũ: poſtquam ceſſavit hæres dare penum. Sic planiſſimè conſtat nihil ea lege, quod noſtri paſſim referunt comprobari. Nam pecunia ideò præſtanda erat, non pœnæ nomine, ſed quia voluntas teſtatoris ea fuerat, ut tota ſumma illicò deberetur uxori, hæredis inde notione

Digitized by Google

coërcenda. Si enim pœnæ nomine ſumma deberetur, ſibiipſi adverſarius eſſet Ulpian. cùm inquit, Habebit igitur hæres oblationem tandiu quandiu lis cum eo de pecunia con-
143 teſtetur. Poſtremum ſupereſt, quod plurimùm urgere diximus *ex l. 2. C. de jur. emphyt. verſ. ſin autem.* Cujus diſſolutio, mea quidem ſententia, peti poterit non aliunde quàm ex *c. potuit. extra de loca. & condu.* ubi egregiè ſancitum eſt, emphyteutam ceſſantem in ſolutione canonis per biennium, juſtè expelli à prædio emphyteuticario, niſi tamen celeri ſatisfactione, poſtmodum ſibi conſulere ſtuduerit, poſt moram igitur modici temporis intervallum concedetur, etiam cùm dies & pœna contractui acceſſit. Noſtri tamen varii ſunt in vero ſenſu exigendo illius decretalis epiſtolæ. Quæ omnium

um dicta ſi accuratè expendas, mera quidem ſomnia arbitraberis. Nec enim quod ipſi paſſim referunt, verum dici poteſt, diverſum omnino in eccleſiæ emphyteutis, apud quos mitius agitur. Nam ſi eccleſiæ commoda ſectemur, magis præſtaret nulla poſt diem audita excuſatione, emphyteutam fundi poſſeſſione juſtè expelli. Adde etiam cùm de patrimonio eccleſiæ vel re temporali agitur, ſacros canones Principum conſtitutionibus adjuvari, ut in *c. 1. de no. ope. nuntia.* Jura autem civilia in fundo eccleſiaſtico biennium ſtatuerunt. *authent. qui rem. C. de S. Sanct. Eccleſ.* iisdem igitur juris regulis conſiſtent Pontificia jura: quibus ſanè non amplior terminus ſolvendi conſtitutus eſt. Hinc non 146
incongruum erit inveſtigare an vaſallus beneficio privetur, ſi à domino
 no

Sacr. Sanct. Eccleſ. idem in d. cap. 1. quæ fui. pri. cau. bene. ami. Guid. Pap. quæſt. 166. ac quæſt. 164. Quæ ſanè ſententia æquior multò viſa eſt, dũmodo celeri ſatisfactione, vel poſt modicum tempus mora purgetur, *d. l. ſi ita quis. § . Seja. ff. de Verb. Oblig.*

Hæc quæ hactenus dicta ſunt, in ſimplici mora militant, nunc quid ſi 147
duplex commiſſa ſit dicendum videatur, attingendum eſt, veluti, finge te in mora cõſtitutum, poſtea autem acceptum fuiſſe judicium, an adhuc liceat eluere moram? Et certè probabilius eſt non permiti, quod facilè ea. *l. ſi inſulam.* colligitur ut ſentit Bald. *in d. l. etſi poſt tres, ſi quis cautio.* Hinc dicendum eſt dupli- 148
cem cautioně nocere, ut ſi ſimplex parum poſſit, veluti ſi ſemel atque iterum ſatis dederit fœmina. *l. ſi mulier. 2. C. ad S. C. Velle.* actus enim

geminatus non parvam autoritatem negotio præſtat. *l. Baliſta. ff. ad S. C. Trebel. gloß. in l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non numer. pec. Panor. in c. ſi cautio. de fid. inſt. Bart. in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cen. lib. 11. idem in l. triticum. ff. de Verbor. Obligat.*

140 Sed cùm nulla ante litis conteſtationem commiſſa eſt mora, an eandem purgare liceat attingendũ eſt. Qui cum *Bart.* ſentiunt, nihil verentur moram uſque ad ſententiæ tempus eluere. Nituntur autem ſententia Accurſ. *in l. ſive apud acta; ac l. ſi major. C. de transact.* quibus in locis exiſtimat ſi poſt litem conteſtatã tecum tranſegerim, nec quod me transactionis nomine ſoluturũ promiſeram non exoluerim, hoc nihilominus poſſe uſque ad ſenten-
150 tiæ tempus impleri. Ego nihil *Bart.*

hac

Bartol. hac in re aſſentiendum, nec cæteris putarem: veriusque exiſtimo quod egregiè ſentit *Ludov. Roman. in dict. l. ſi inſulam.* Nam quod *Bart.* ac ferè omnes ſentiunt, nulla lege, nec ratione verum oſtenditur, ſequendum erit igitur elegans Juriſconſult. reſponſum *in d. l. ſi inſulā.* quia cum ſemel debitor litem conteſtatus eſt, dolo malo vel culpa non caret. cujus rei gratia commodum referre prohibetur, non ergo temere Ulpia. debitoris moram animadvertens reſpondit: Quòd ſi litem jam conteſtatus ſim, nihil prodeſſe tibi ſi ædifices. Jam ſatis innuens, moram lite conteſtata, omni ſanè caſu impurgabilem.

Quid autem cenſendum erit, ſi cum moram purgare poteras ſolveris, id etiam quod creditoris intereſſe poterat, an detur ſoluti condi- 151

ctio:

ctio? Interpretes frequentius cum *Bart.* ſentiunt, repetitionem ceſſare, moventur primum ea l. qui ob rem. ff. de cond. indebi. ubi ſi ob rẽ non defenſam ſolverit reus, quamvis poſtea defendere paratus ſit, cõdictionem ceſſare. Nam quemadmodum legatarius, optione ſemel facta rei legatæ, amplius mutandæ vendicationis jus non habet. *l. ſi is cui. ff. de leg. 2. l. apud Auſidium. ff. de optim. leg.* Sic cùm debitor ejus quod intereſt nomine ſoluit, repetere ꝓ-
152 hibetur. Nam cum ex mora naturaliter quis obligatus ſit creditori (quia quod juregentium cùm dare oportebat non præſtitit. *l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de Regul. Iur.*) omnino repelletur volens condicere. Naturalis enim obligatio ſoluti repetitionem impedit. *l. fidejuſſor. §. fidejuſſor. ff. de fidejuſſo. l.*

ff. de

ff. de actio. & oblig. l. naturaliter. ff. de condict. inde.

OPERIS PERORATIO.

HÆc ſatis dixiſſe ſufficiat, benevole Lector, ampliora adhuc in publicū proferre potuiſſem. Sed te non parum veritus ſum, vel infinita ſcriptorum magnitudine, vel eorū quæ à veteribus confusè & inordinatè ſatis tractata ſunt, lectione remorari. Hæc ſolùm à me explicata reperies, quæ negotio huic, potius quàm alteri rei ſubſerviant. Nihil enim in jurisprudentia hac noſtra deterius, nec magis alienum exiſtimo, quàm quæ diſſimilia, vel penitus extranea videntur, in unum veluti cumulum, congere. Sic ſanè factum eſt olim, ut nihil legum diſciplina difficilius, nihil moleſtius ſtudio, vel arte creditum ſit. Deo igi-

igitur Optimo Maximo habenda eſt gratia, cùm ſtudioſorum induſtria aſſiduoq́; labore Jus noſtrum jam in dies illuceſcat: Futurumque brevi ſperamus, ornatiſſimorum hominum officio, & diligentia, in luculentam (vt ille ait) conſonantiam redigi.

Vale.

FINIS.

IN-

INDEX VERBORUM ET RERUM MEmorabilium, quæ in Tractatu D. Arumæi continentur.

A.

ACcurſius explicatur: cap. 3. num. 25.
Æſtimatio rei petitæ quodnam tempus reſpiciat. Qua in re JCtorum diverſæ ſententiæ reperiuntur. c. 8. n. 5.
Quem locum? ibid. n. 6.
Ariſtonis de definitionibus ſententia. c. 2. num. 3. (n. 8.
Artificialis memoria quænã? in prooem.
Eam comparare non eſt tutum. ibid. n. 10.

B.

Bonæ fidei contractus minorũ morã deſiderẽt, ut & legata & fideicom. c. 4. n. 3.
In bonæ fidei judiciis poſt moram in ſtrictis poſt litis conteſtationem fructus debentur. c. 8. n. 9.

C.

Cagnalus omnem in jure definitionem peri-

periculoſam eſſe 3. confirmat argumentis. c.2.n.6.

Charondæ de definitionibus ſententia, ibid.n.3.

Cicero ab Ulpiani impetitione defenditur.ibid.n.17.

Conditionis eventus an ſine interpellatione in mora conſtituat.c.5.n.17.

Creditor etiam moroſus eſſe poteſt, c.7. num.2.

Eius mora quomodo plectatur, ibidem num.3.

Creditor ut in mora conſtituatur quæ requirantur. Nimirum tempore & loco oportunis debitum oblatum ibid. num.4.

Creditor an cogatur particularem ſolutionem admittere. c. 7. n.8.

Eidem invito ante diem rectè ſolvi contra Æmilium Ferret. Jacob. Cuiac. oſtenditur: ibid.n.9.

D.

Definitio præmitti debet. c 2.n.1.

Definitiones an in jure neceſſariæ ibidem num.2.

De illis variorum authorum ſententiæ, ibid.n.3.

Definitionem ſecundum communiter accidentia procedenrem ſufficere volunt Dd.ibid.n.4.

Definitio iniure periculoſa.ibid.n.5.

Definitiones in jure neceſſarias eſſe oſtēditur. ibid.n.9.

Definitionū ſtudioſiſſimi Ulpianus & cæteri JCti. ibid. n.16.

Debitor quando dicitur offerre. cap. 7. num. 5.

Debitoris de mora ut plurimum quæritur.c.7.n.1.

Debitor non protinus in mora conſtituitur, ſi juſtam differendi cauſam habeat c.6. n.1.

Debitoris ceu poſt morā ſemper ſit periculum interitus. c.8.n.2.

Et quid in mora irregulari. ibid. n.3.

In contractibus in nominatis idem obtinet ibid. nova conſideratio ad l.final. ff.d.condict.cauſ.dat.ibid.n.4

Debitore renunciante mora non purgatur.c.10.n.4.

An

An idem in generali renunciatione. ibid. n. 5.
Diesne interpellet pro homine c. 4. n. 26.
Diem non interpellare pro homine oſtéditur 10. argumentis. ibid. n. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 36. 37.
Confirmatur contrarium. ibid. n. 38.
Et refelluntur ſuperiora argumenta. ibid. num. 39.
dies ſi tacitus adiectus fuerit. ibid. num. 40.
Doli definitio à Servio data defenditur c. 2. n. 14.
Duareni de definitionibus ſententia. c. 2. n. 3.

E.

Epicorum mos, c. 2. n. 15.
Extrajudicialis interpellatio an ad moram conſtituendam ſufficiat? c. 5 n. 14.

F.

Fabri de definitionibus ſententia. c. 2. n. 3.
Foricarii qui. c. 4. n. 18.
Fornicarii qui. ibid. n. 11.
Fructuum duplex eſt cauſa. c. 8. n. 8.
debentur fructus in bonæ fidei contractibus poſt moram in ſtrictis poſt litis conteſtationem. ibid. n. 6.

Ubi

Digitized by Google

Ubi conciliatur. l. bonæ fidei. §. in contrarium. d. acquir. rer. domin. cum l. qui ſcit 24 §. fin. d. uſur. n. 10.
Fructus in legatis & fideicom. à quo tempore debeantur? ibid. n. 11.
Fructuum & uſurarum diſtinctio, & eorũdem convenientia. ibid. n. 12.

G.

Galeni & Garronis de definitionib. ſententiæ, c. 2. n. 3.
Geminatio renuntiationis non impedit moræ purgationem. c. 10. n. 7.

H.

Hæredes etiam mora tangit. c. 8. n. 15.

I.

Interpellatio utrum à creditore vel eius procuratore fiat, nihil intereſt. c. 3. n. 3.
Fit autem teſtato & verbis claris. ibidem num. 4.
Interpellatio generalis hæc: INDIGEO PECUNIA MEA. QUAM HABES, an cedat pro interpellatione argumentis pro & contra adductis inquiritur. ibid. n. 5. 6. & 7.
Inſtantia nulla opus eſt ibid. n. 8.

In-

Digitized by Google

Interpellatio fieri debet tempore & loco idoneis. ibid. n. 9.
Interpellatio duplex eſt. ibid. n. 12.
Interpellatio extrajudicialis an ſufficiat. ibid. n. 14.
Interpellatio non ſufficit, ubi decretum neceſſarium eſt. ibid. n. 15.
Interpellatio unica an ſufficiat? ibid. n. 16.
Interpellatio diei an ſit loco hominis. c. 4. n. 26.
Interpellatio dies ubi tacitus adiectus fuerit an requiritur. ibid. n. 40.
Interpellatione facta modicum tempus adhuc dandum eſt. c. 5. n. 18.
Judæus an moram purget? c. 10. n. 2.
Judicis arbitrio quam pauciſſima relinquenda c. 2. n. 24.
Judicia ordinaria vel extraordinaria quomodo diſtinguantur. c. 3. n. 4.
Jus ars eſt. c. 2. n. 10.
Jurisprudentia ſimplicitatem amat, ibid. num. 8.
Jus ſuum nemo cogitur indefenſum relinquere. c. 1. n. 11.
Juſtiniani pietas in procem. n. 16.
Labeo

Digitized by Google

L.

Labeo Logicæ perriſſimus, c. 2. n. 13.
Legis anima dicitur ratio, c. 2. n. 11.
L. omnis definitio 202. d. R. J. intellectus. c. 2. n. 19.
L. 7. §. dolo malo. d. pact. cum l. 1. §. 1. d. dolo, conciliatur. c. 2. n. 14.
Princip. l. moræ 32. ff. d. uſur. explicatur. c. 2. n. 23.
L. ult. 89. d. R. J. explicatur, & de lectione l. 60. pro ſocio disquiritur c. 3. n. 10. 12. 13.
In l. mora 32. d. uſur. quomodo accipiendum quod dixit Marcianus moram fieri non ex re ſed ex perſona c. 3. n. 11.
L. quod pupillus 41. d. condict. indeb. & l. pupillus 59. d. oblig. & act. explicatur. c. 6. n. 19.
L. fin. ff. d. condict. cauſ. dat. nova conſideratio. c. 8. n. 4.
L. bonæ fidei. §. in contrarium d. acquir. rer. domin. cum l. qui ſcit 25. §. fin. d. uſur. conciliatur. c. 8. n. 10.
L. centum capuæ d. eo quod cert. explicatur. c. 8. n. 16.
Locus interpellationi idoneus quis ſit? c. 5. n. 10.
Longovalli de definitionibus ſententia. c. 2. n. 3.

Digitized by Google

M.

Marcianus quod dixit in l. mora 32. d. uſur. moram fieri, intelligi non ex re ſed ex perſona quomodo accipiendum? c. 3. n 11.

Martini diſtinctio inter pupillum eum qui locupletior factus eſt vel non refutatur. c. 6. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

Memoriæ præſtantia in prœm. n. 1.

Eius fragilitas n. 2.

In Juvenibus & Senibus n. 3.

Memoria neceſſaria eſt. nu. 4.

Natura conſtat. n. 5.

Arte augetur. n. 6.

Memoriæ utile eſt multa ediſcere. nu. 11.

Mithridatis memora felix. ib. & Senecæ. ibid. n. 6.

In Petro de Ravenna. n. 9.

In Themiſtocle. n. 12.

Menochium declaratoriã judicis ſententiã in mora ex re nõ rectè conſideraſſe longa diſputatione oſtenditur c. 3. n. 16

Minorum fragilitas. c. 4. n. 2.

Durat usq; ad 26. annum. ibid. n. 4.

Minor an in mora conſtituatur? c. 6. n. 20.

Moræ vocabulum ex ſententia Dd. tripliciter uſurpatur. c. 1. n. 3.

Reſol-

Digitized by Google

Refelluntur iidem cum prima ſignificatione. n. 4.
Morari quid in jure ſignificet? n. 5.
Moratoria p̃ſcriptio, cautio, cũctatio n. 6
Mora interdum ſignificat ſimplicem ceſſationem. ibid. n. 7. frequentius pro ceſſatione quæ non ex juſta cauſa proficiſcitur, uſurpatur n. 8.
Mora de qua agant Juriſconſulti? n. 9.
Moram aliam regularem, aliam irregularem dicunt Dd. c. 3. n. 1. An rectè? n. 2.
Moram fieri intelligi non ex re ſed perſona in l. mora 32. d. uſur. quomodo intelligendum! n. 11.
Mora ex re & ex perſona quomodo inter ſe differant? n. 15.
Mora ex re contrahitur à debitore minoris. c. 4. n. 1.
Mora ex re etiam contrahitur in debitis Eccleſiæ. n. 5.
Reiqubl. n. 6.
Modo ex contractibus bonæ fidei iiiſdem debeatur. n. 7.
Fiſci. n. 8.
In dote promiſſa & non ſoluta n. 12.
Mora ex re fit libertati ibid. n. 24.
Item l. 5. c. d. act. empt.

Digitized by Google

Moram an ipſo jure incurrat, qui ſe curaturum vel.facturum promiſit.c.4.n.41.
Mora ex re fit in delictis ibid.n.42.
In ſpecie l.40.d.uſur.n.43.
L.1.§.1.eod.n.44.
In caſibus l.9.S.1.
L.videamus d.uſur.n.45.38.
Mora num contrahat qui ſub juramento promiſit? n.46.
Morā ex re in ſpecie l.penult.d.uſur.n.48
Et in ſpecie l.item veniunt.§.petitam a. d.petit hæred.committitur. ibid.n.49.
Mora ex perſona quomodo contrahatur c.5.n.1.cur ſic dicta? n.2.
Moram an per libelli oblationem debitor incurrat.n.13.
Moram num conditionis eventus ſine interpellatione conſtituat. n.17.
Moram non contrahit debitor juſtam differendi cauſam habentur c.6. n.1.
An ſi debetum ignoret.n.2.
Vel perſona eligens talis, cui tutò ſolvi non poſſit.n.3.
Moram non committit qui ſolvere cum velit non potuit; aut Reipubl. cauſa abeſt, vel alia de cauſa honeſta ceſſat. ibidem n.2.

Digitized by Google

Moram excuſat difficultas ibid. n.22.
Quod etiam in quantitatis debitore oſtenditur. ibid. n. 23.
Moræ effectus Varii. c. 8. n.1.
Mora tranſit ad hæredes. n.15.
Mora rei principalis an noceat fidejuſſori. ibid. n. 16.
An ubi juratus eſt contractus ibid. n. 6.

N.

Naturalis memoria quomodo roboretur in proœm. n.13.

O.

Oblatio libelli an debitorem in mora cõſtituat. c.5.n.13.
Oblatio verbalis an ſufficiat ad purgandam moram. c.9.n.6.
Oblationem præter ad avertendum periculum & ſiſtendum curſum uſurarum requiritur obſignatio & depoſitio. c.7. n.7.
Oblationes faciendæ nova opinio, ibid. n. 6.
Offerre debitor quando dicatur? n.5.
Ordo quid in proœm. n.14.
Eius præſtantia. ibid. n 15.
Ordine cõſiſtit mundus & quæ in eo ſunt ibid. n. 17.

P.

Periculum interritus poſt morã an ſemper pertineat ad debitorem? c.8.n.2.
Quid in mora irregulari? ibid. n.3.
In contractibus innominatis idem obtinet. Promiſſio ſub juramento an in mora conſtituat. c.4. n.46.
Promiſſio ſi geminata ſit? ibid. n. 47.
Pupillus pubertati proximus quis dicatur? c.6. n.9.
Pupillus in mora non cõſtituitur. c.6.n.6. quid ſi alii ſucceſſerit. ibid. n.7.
Pupillus non locupletior factus naturaliter obligatur. n.8.
Purgare moram quid, c.9.n.1.
Purgationis admiſſæ ratio. ibid. num. 2. quam reprehendit author. ibid.n.3.
Purgatio contingit dupliciter. ibid. n.5.
Purgatur mora voluntate creditoris. n.8. & quamdiu. n. 9. & an poſt purgationem ipſo jure vel ope exceptionis tutus ſit? ibid. n.10.
Purgat creditor moram ibid. n. 11.
Purgatio moræ an admittatur quando ſtatuto cavetur, ut ſecundum rigorem juris cauſæ decidantur? c.10.n.1.

Pur-

Digitized by Google

Purgare moram an Judæus poſſit. n. 2.
Purgatio moræ an concedatur ſtante ſtatuto, quod inſtrumentum confeſſionatum habeat executionem paratam ibid. n. 3.
Purgatur mora minimè quando renunciat debitor. n. 4. nec quando executio facta eſt à lege vel homine. ibid. n. 9.
Purgetur ne mora ubi juratus cõtractus? n. 7.
Purgationem moræ non impedit geminatio. ibid. n. 7.
Purgatio moræ an admittatur ſi dies & pœna ſit in obligatione? ibid. n. 8.

R.

Ratio eſt anima legis c. 2. n. 11.
Renunciante debitore an purgetur mora. c 10. n. 4. quod in generali renunciatione an idem? ibid. n. 5. quid ſi ſit cõtractus juratus? n. 6.
Renunciatio geminata non impedit moræ purgationem. ibid. n. 7.

S.

Servii doli definitio defenditur. cap. 2. num. 14.

T.

Tempus interpellationi idoneum quodnam. c. 5. n. 11.

V.

Varro non ſuperſtitioſè definivit c. 2. n. 7.
Veſpaſianus impoſuit Vectigal urinæ. c. 4. n. 10.
Verba in potentiori ſignificatu accipiuntur c. 1. n. 2.
Verba non curãtur, ubi de re conſtat. c. 3. n. 3.
Ulpianus & cæteri JCti definitionum ſtudioſiſſ. c. 2. n. 16.
Vocabulorũ diverſæ ſignificationes ſunt obſervandæ. c. 1. n. 1.
Vox ambigua prius dividenda, quam definienda. c. 1. n. 2.
Uſuras olim in diem calendarum ſtipulabantur veteres. c. 8. n. 27.
Uſurarum & fructuum diſtinctio & eorum convenientia. c. 8, n. 12.
Uſuræ in ſtrictis judiciis quando debeantur? ibid. n. 13.

Digitized by Google

INDEX EORUM QUÆ HABENTUR PRÆCIPUA IN SAPORTÆ commentatorio.

A.

ACtio ex teſtamento ſpeciem bonæ fidei retinet. n. 22.

Actio præſcriptis verbis ad id quod intereſt datur. n. 25.

Æſtimatio quantiplurimi, vel quanti minoris ad tempus moræ refertur. n. 74.

Æſtimatio quantiplurimi res fuit, refertur ad tempus contractus, ut cùm jure actionis petitur. n. 78.

Æſtimatio in contractibus ſtricti juris ex lite conteſtata debetur. n. 80.

Appellatio an moræ purgationem impediat. n. 124.

Arbitrium & commodum debitoris à mora liberat. n. 109.

Argumentum ab emphyteuta ad vaſallum procedit. n. 146.

B.

Bonitas intrinſeca rei debitæ, cũ de mora tractatur advertenda non eſt. n. 75.

C.

Caſus fortuitus culpæ aſcribi non debet. n. 47.
Citatio ſola debitorem in mora non cõſtituit. n. 34.
Citatione utrũ mora cõtrahi poſſit? n. 67.
Conſtitutio moræ difficilis. n. 4.
Conciliatio l. venditor. 2. verſ. Sed hoc in re ſingulari. ff. de hær. vel act. vend. cũ l. 1 § ſi rem depoſitam ff. depoſit. n. 94.
Communis interpretum diſtinctio improbata, cùm quæritur, an ante litem conteſtatam purgetur mora? n. 119.
Communis noſtrorum ſententia reprobatur, dum quæritur an dies & pœna moræ purgationem impedit? n. 134.
Conciliatio l. 1. §. quid ergo ff. de pœn. leg. n 142.
Conciliatio l. 2. C. de jur. emph. n. 143.
Cõdictio an cõpetat rei q̃ ſoluta eſt ratione moræ quãtũ purgare poterat? n. 151.
Creditores in mora cõſtitui poſſunt. n. 11.
Cur debitor ſpeciei re poſt morã perempta non liberetur? n. 92.

Debi-

D.

Debitorum differentia duplex.n.85.
Debitor ſpeciei poſt moram re peremptâ non liberatur.n.91.
Debitor re perempta, ante moram liberatur. n.93.
Debitor ſpeciei nõ liberatur perempta re ante morã, cũ alternativè debetur.n.95
Debitor conditionalis re perempta ante morã dolo ipſius non liberatur.n.96.
Debitor generis an ex difficultate liberetur.n.107.
Debitor generis aliquando ex caſu fortivito liberatur.n.108.
Debitor an ipſo jure vel ope exceptionis liberetur ſemel mora purgata.n.127.
Diffinitio quid ſit.n.3.
Dilatio debiti ſolvendi non ſolùm dolo ſed culpa fit.n.9.
Dilatio omnis, mora non eſt.
Differentia quæ ſit inter Regularem, & Irregularem moram. n.17.
Differentiæ ratio cur in dandi potius quàm in faciendi obligationibus neceſſaria ſit interpellatio. n.31.
Difficultas rei præſtandæ an debitorem à mora excuſet n.48.

Digitized by Google

Dies duplex eſt, Tacita, vel Expreſſa n 51.
Dies præterita pro homine interpellatur n.52.
Dies non ſolum præterita, ſed quæ nondum venit, debitorem in mora conſtituere ſolet, cùm ea die id præſtari non poteſt quod promiſſum eſt. n.55.
Dies an in mora conſtituat, cum de alterius incommodo tractatur. n.57.
Dies gratia tollendæ obligationis adjecta in mora non conſtituit. n.60.
Dies adjecta contractui utrum aliquid operetur, cum contrahentes diverſi fori ſunt. n.63.
Dies tacita an debitorem in mora conſtituat. n.64.
Dies expreſſa à tacita quid differat. n.65.
Differentia inter contractus ſtricti juris, & bonæ fidei in cauſa æſtimationis. n.83.
Dictio (omnimodo) quid ſignificet. n.101.
Difficultas rei præſtandæ à mora debitorem liberat. n.104.
Difficultas à Jurejurando debitorem excuſat. n.105.
Difficultas certis caſibus debitorem non tuetur. n.106.

Dila-

Dilatio ante acceptum judicium purganda eſt. n. 118.
Diei conſtitutio an purgationem moræ impediat. n. 131.
Dies & pœna an impediant moræ purgationem. n. 133.
Dies & pœna in bonæ fidei contractibus moræ purgationem non impediunt. n. 136.
Duo in purganda mora ſemper animadvertenda. n. 141.
Duplex mora utrum poſſit purgari. n. 147
Duplex cautio plurimum poteſt. n. 148.

E.

Ex legatis vel fideicommiſſis mora contrahitur. n. 21.
Expoſita l. Æmilius Largianus, novo ſenſu. n. 44.
Electio rerum non perſonarum commiſſa hæredi anni tempus tribuit. n. 113.

F.

Filia ſola interpellatione in mora conſtituitur, cum de conferenda dote tractatur. n. 39.
Fructus ex mora regulariter debentur. n. 71.
Fructus in contractibus ſtricti juris debentur

bentur lite conteſtata. num. 72.
Fructus legatorũ ex mora petuntur. n. 110

G.

Generis debitor quis ſit n. 86.
Generis debitor re perempta poſt morã vel ante tenetur. n. 88.
Genus contemplatione ſpeciei vel legati ſi debeatur periculum ipſius debitorem non ſequetur. n. 89.

H.

Hominis interpellatio ab ea differt, quæ diei lapſu committitur. n. 54.
Hæres gravatus præſtare incertis legatũ, propter moram jure eligendi privatur. n. 112.

I.

Iaſonis ſententia reprobatur in l. vinum: n. 43.
Iaſonis error oſtenditur in l. ſi ex legati cauſa. n. 58.
In contractibus innominatis, an cõmittatur mora irregularis n. 23.
Interpellatio duplex, extrajudicialis, & judicialis. n. 27.
In facti obligationibus tacitè dies continetur. n. 32.
In dandi obligationb. quare ſit opus interpellatione? n. 33.

In

Digitized by Google

In contractibus innovatis, an re perempta ante moram periculum debitoris ſit? n.97.
In actionibus in rem, ſi res eodem modo peritura erat, penes creditorem liberatur debitor. n. 103.
Inſtrumentum Garentigionatum ſimile eſt ſententiæ. n. 125.
In obligationibus quæ in danda conſiſtunt an liceat purgare moram. n. 129.
Id quod intereſt, ex mora petitur in contractibus ſtricti juris. n. 83.
Ignorantibus interdum mora nocet n. 53.
Irregularis mora quæ ſit. n. 16.
Irregularis mora non contrahitur in cõventionibus ſtricti juris, n. 19.
Juſta ignorantiæ ratio à mora debitorem excuſat. n. 29.

L.

Litis conteſtatione inducitur mora. n. 68.
Liberationis verbo quid veniat. n. 128.
Lex 1. de condict. indeb. à noſtris expoſita. n. 20.
Lex filius §. ult. de col. dot. novo ſenſu explicata. n. 40.
Lex. 1. §. licet ff. de peric. & com. rei vendi. interpretata. n. 50.

Digitized by Google

Lex vinum, ex mente Philip. Decii, Alciati, & aliorum expoſita. n. 81.
Legis ſi plures. §. ultim. ff. depoſit. novus intellectus. n. 102.
Legis, ſi inſulam, de verb. oblig. interpretatio contra communem. n. 120.
Lex, Etſi poſt tres. Si quis cauti. expoſita. n. 135.
Legis, Magnam. C. de con. ſtip. interpretatio. n. 137.
Legis Traiectitiæ. § de illo intellect. n. 1'9.
Lex Celſus, novo ſenſu explicata. n. 140.
§. ultim. inſt. de perpe. & temp. act. expoſitus. n. 121.

M.

Moræ definitio difficilis vulgo credita eſt n. 1.
Moræ definitio facilis cenſenda eſt. n. 2.
Moræ definitio nova adfertur. n. 5.
Mora nulla dicitur, ubi dilatio debiti ſolvendi non eſt. n. 6.
Mora non contrahitur ſine ulla dilatione. n. 8.
Modicum tempus poſt interpellationem conceditur. n. 30.
Mora quotuplex ſit. n. 13.
Mora jus perpetuum obligationis efficit. n. 49.

Mora

Digitized by Google

Mora diei lapſu committitur. n.50.

Mora quemadmodum in judicio committatur.n.66.

Modicum tempus quando exiſtimetur. n.138.

N.

Naturaliter obligatur debitor ex mora. n. 152.

Nova in contractib. innominatis diſtinctio,cum quæritur an periculum debitoris ſit re perempta ante moram n.99.

O.

Oblatio debiti, & obſignatio debitorem liberat.n.12.

Obligatio non ipſo jure tollitur, ſed ope exceptionis. n.61.

Obligationes quæ in faciendo conſiſtunt ante litem conteſtatam, moræ purgationem poſtulant. n.115.

Officium Judicis mercenarium cum neceſſarium eſt,ſola ſufficit interpellatio n.38.

P.

Petitum in judicio, videtur lite conteſtata. n.35.

Pecuniæ valor ſi mutetur an habenda ſit ratio moræ.n.76.

Pecu-

Pecuniæ bonitas interior, cum diminuitur eius æſtimationis reddi debet cuius fuit tempore contractus. n. 77.

Per judicem aliquid petitum quando dicatur. n. 82.

Periculum interitus rei debitorem ſequitur poſt moram. n. 84.

Pecunia ut ſpecies perire poteſt. n. 90.

Procurator adverſarium in mora conſtituit. n. 36.

Purgare quid ſit. n. 122.

Purgare moram non licet quando creditoris interſt. n. 126.

Pœnæ conſtitutio moræ purgationem non impedit. n. 132.

Purgare moram an liceat poſt acceptum judicium? n. 149.

Præparatoria ædificandæ inſulæ ſufficiunt, ut omnino purgetur mora. n. 116.

Q.

Quæ ſit propriè Mora? n. 10.

Quemadmodum committatur irregularis mora. n. 18.

Quare non liceat purgare moram poſt acceptum judicium? n. 123.

R.

Ratio quare difficultas rei præſtandæ excuſet à mora debitorē. n. 46.

Digitized by Google

Ratio quare fructus legatorum ex mora debentur. n.111.
Regularis mora quæ ſit. n.14.
Regularis mora non ſolùm ex interpellatione, ſed ex perſona contrahitur. n. 15.
Reprobata cõmunis ſententia, ut in contractibus innominatis mora contrahi poſſit. n.24.
Regularis mora quemadmodum committatur? n. 26.
Reprobata interpretum ſententia, an periculum ante moram debitoris ſit in contractibus innominatis. n.98.
Reperempta an debitoris ſit incommodum, ſi eodem modo peritura eſſet penes creditorem? n.100.
Reprobata Paul. Caſtren. ſententia, an in obligationibus dandi purgatio moræ licita ſit. n.130.
Reprobata Bart. ac reliquorum ſententia utrum poſt litem conteſtatam liceat moram purgere? n.150.

S.

Salic. Reprobata ſententia, in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. n.41.
Sola extra judicium interpellatio adverſarium in mora non conſtituit, cùm

officio

Digitized by Google

officio judicis opus eſt. num. 37.
Speciei debitor quis ſit.
Sola operis ædificandi promiſſio non ſufficit moræ purgandæ.

T.

Tempus non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis, n. 52.
Tempus moræ attenditur, cum æſtimatio officio Judicis præſtanda eſt. n. 78.

V.

Unica interpellatio in mora debitorem conſtituit. n. 28.
Ultima mora nocet. n. 42.
Uſuræ ex contractibus bonæ fidei debentur, ex lite autem conteſtata, in ſtricti juris contractibus. n. 69.
Uſuræ, non ut lucrum, ſed eius quod intereſt nomine, peti poſſunt. n. 70.
Voluntas teſtatoris intra annum implenda eſt n. 114.
Vaſallus an poſſit purgare moram. n. 144.
Vaſallus non ipſo jure ſtatim beneficio [illegible]atur. n. 145.

FINIS.

Digitized by Google

Lectori benevolo Typographus.

ERrata invenies lector nonnulla, ſed tamen, ut ſperamus, talia, quæ noſtra, potius quam auctoris culpa irrepſerunt, & ideo correctu haud difficilia: unũ tamen addendum duximus, quod extat fol. 208. in parentheſi, quod ita legendum eſt: Verum quicquid ſit, prior opinio verior eſt: ſi enim pecunia creditor eget, cur non expreſſis & rotundis verbis id debitori indicat? Cæterum tu vale lector, & noſtræ operæ, qua tibi inſervire prompti ſumus, favere perge. 21. Auguſti. Anno 1608.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google